MASTER
NEGATIVE
NO. 91-80392-4

AUTHOR:

BECK, WILHELM

TITLE:

DE AUGMENTI APUD HOMERUM...

PLACE:

GISSAE

DATE:

1919

Master Negative #

91-80392-4

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
PRESERVATION DEPARTMENT

BIBLIOGRAPHIC MICROFORM TARGET

Original Material as Filmed - Existing Bibliographic Record

Beck, Wilhelm, 1889-
De augmenti apud Homerum usu. Dissertatio inauguralis, quam ... scripsit Guilelmus Beck ... Gissae, Noske, 1919.
54 p. 23½ cm.

Thesis, Giessen, 1914.

Restrictions on Use:

TECHNICAL MICROFORM DATA

FILM SIZE:________________ REDUCTION RATIO:________________
IMAGE PLACEMENT: IA IIA IB IIB
DATE FILMED:________________ INITIALS________________
FILMED BY: RESEARCH PUBLICATIONS, INC WOODBRIDGE, CT

DE AUGMENTI APUD HOMERUM USU

DISSERTATIO INAUGURALIS

QUAM AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES AUCTORITATE AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS IN UNIVERSITATE LUDOVICIANA GISSENSI RITE OBTINENDOS

SCRIPSIT

GUILELMUS BECK

VAIHINGENSIS

GISSAE MCMXIX

TYPIS ROBERTI NOSKE BORNENSIS

DISSERTATIO AB AMPLISSIMO PHILOSOPHORUM ORDINE
CAROLO KALBFLEISCH REFERENTE
PROBATA PRIDIE NONAS DECEMBRES A. MCMXIV

Parentibus dilectissimis

Drewitt in Classical Quarterly VI (1912) pag. 104 sententiam profert, verborum simplicium tempora praeterita augmento praedita apud Homerum verborum compositorum locum tenere, id est: augmento Homerum uti simili modo ac praeverbio; e carminum Homericorum versibus intellegi licere, prioribus temporibus augmentum a verbo separari potuisse. Ut exemplum afferam, δέ secundum enuntiati locum habere solet (confer Wackernagelii praeclaram commentationem „Über ein Gesetz der indogermanischen Wortstellung“ IF I 333 sqq., quae omnibus de tali re agentibus fundamento esse debet); quodsi Graeci augmentum syllabicum etiamtum sentiebant tamquam id quod re vera est, scilicet adverbium cum verbo coniunctum, nobis exspectandum est, Homerum maximopere vereri, vocabulum δέ post tempora illo modo augmentata eaque re in tertio sententiae loco ponere. Quod exspectamus, comprobatur carminibus epicis: secundum Drewittii computationem tota in narratione Iliadis exstant sedecim tantum exempla certa particulae δέ post aoristum syllabice augmentatum collocatae. Contra post aoristum non syllabice augmentatum δέ solet apparere: in narratione vetustiorum Iliadis librorum ducenta octoginta exempla certa se repperisse dicit auctor Britannicus. Illam sententiam edens nititur in eo, quod item verba composita, quae sequitur δέ, raro occurrunt, cum persaepe invenias exempla verborum compositorum, quorum partes (praeverbium et verbum simplex) voculae δέ interpositione secernuntur.

Proinde mihi propositum est, ad statuendam comparationem colligere primum eos locos, qui praebent verborum simplicium tempora praeterita (imperfectum, aoristum, plusquamperfectum) augmento ornata, quae sequitur vox enclitica vel particula, quam eodem loco invenire consuevimus, atque voces encliticas (i. e. secundo in loco enuntiati) et eos locos, qui ostendunt verba, quae

eadem condicione sunt praeterquam quod augmento carent (exempli gratia: *ἐτίθει μὲν, ἔθηκε μὲν, ἐτεθήκει μὲν* + *ὤμνυε μὲν, ὤμοσε μὲν, ὠμωμόκει μὲν*: *τίθει μὲν, θῆκε μὲν, τεθήκει μὲν* + *ὄμνυε μὲν ὄμοσε μὲν, ὀμωμόκει μὲν*). deinde conferre ea exempla verborum vere compositorum omnium temporum et modorum, quae sequitur vox enclitica vel particula generis supra commemorati, et ea, in quibus vocabulo enclitico tmesis praeverbii et verbi efficitur (ex. gr.: *ἐπιτίθημι μὲν, ἐπιτιθείην μὲν, ἐπιθήσω μὲν, ἐπέθηκα μὲν* etc.: *ἐπὶ μὲν τίθημι, ἐπὶ μὲν τιθείην, ἐπὶ μὲν θήσω, ἐπὶ μὲν ἔθηκα* etc. + *τίθημι μὲν ἐπὶ, τιθείην μὲν ἐπὶ, θήσω μὲν ἐπὶ, ἔθηκα μὲν ἐπὶ* etc.).

Drewitt. cuius opinionem brevissime hac formula exprimam: *ἐτίθει μὲν* etc.: *τίθει μὲν* etc. = *ἐπιτίθημι μὲν* etc.: *(ἐπὶ μὲν τίθημι* etc. + *τίθημι μὲν ἐπὶ* etc.), l. c. narrationis tantum exempla dat: nobis autem propositum est, orationum quoque locos congerere et comparare qui huc spectant.

Particulae et encliticae voces locorum huc respicientium componantur initio: *ἄρα, αὖ, γὰρ, δὲ, μὲν*; *γε, κεν, με, μιν, μοι, οἱ (= αὐτῷ), περ, που, ῥα, σε, τε, τις, τοι.*

Primum igitur colligantur in narratione Iliadis indicativa augmento syllabico et temporali praedita temporum praeteritorum verborum simplicium, quibus succedit una ex voculis supra citatis, deinde his opponantur verba eiusdem condicionis, quae carent augmento syllabico vel temporali.

Antequam autem in rem ipsam intramus, nonnulla dicenda sunt de ratione, quam secuti hanc collectionem composuimus. Primum patet, propriam argumentationis vim non habere nisi ea verba, quae duas praeteritorum formas possident, unam augmento auctam, alteram eo orbatam. Itaque excludere debemus omnia illa praeterita, quorum unam tantum formam carmina Homerica praestant, aut augmento syllabico (e. g. *ἔσχε*) vel temporali (*ἦλθε, ἦν*) instructam aut augmento carentem a consona incipientem (*κήδετο*) vel a vocali (*ἀράβησε*).

Eadem de causa neglegere cogimur aoristos gnomicos et imperfecta iterativa, illos ideo quod a poeta legitime augmento syllabico ornari solent (cf. Platt, The augment in Homer, Journal of Philology XIX, 1891, pag. 217 sq.), haec ideo quod e lege

quam sequuntur augmento carent (Buttmann, Ausführliche Sprachlehre des Griechischen, I, p. 380 sq.). Hi sunt loci huc remittendi 1. aoristorum gnomicorum, in narratione: *Δ* 279: ‖ *ῥίγησέν τε ἰδών* (hic locus una ex tribus tantum exceptionibus est, quae praesto sunt in Iliade et Odyssea), *Π* 489: ‖ *ὤλετό τε στενάχων ὑπὸ γαμφηλῇσι λέοντος*, *Υ* 168: $1^{1}/_{2}$ *ἐάλη τε χανών*, *Χ* 94: $2^{3}/_{4}$ *ἔδυ δέ τέ μιν χόλος αἰνός*; in orationibus nullum exstat exemplum; 2. imperfectorum iterativorum, in narratione: *Α* 492: $1^{1}/_{2}$ *ποθέεσκε δ' ἀυτήν τε πτόλεμόν τε*, *Β* 199: $2^{3}/_{4}$ *ὁμοκλήσασκέ τε μύθῳ*, 404: ‖ *κίκλησκεν δὲ γέροντας ἀριστῆας Παναχαιῶν*; *Ρ* 575: ‖ *ἔσκε δ' ἐνὶ Τρώεσσι Ποδῆς, υἱὸς Ἠετίωνος*; in orationibus: *Ι* 450: $2^{3}/_{4}$ *ἀτιμάζεσκε δ' ἄκοιτιν*, *Σ* 529: ‖ *χαίρεσκον γὰρ ἔγωγε θοῇς ἐπὶ νηυσὶν ἰαύων.*

Deinde omittamus oportet omnia praeterita, quorum praesentia iam a longa vocali incipiunt, si quidem illa una formatio temporis praeteriti invenitur; neque enim asseverare quisquam potest haec praeterita aut augmento syllabico vel temporali aucta esse aut augmento omnino carere. Dico omnes illos locos, qui praebent *ἦ ῥα* „dixit", *ἴθυσαν* et *ἴθυσεν*, *ἵετο* „studebat" (q. e. imperfectum verbi *Ϝίεμαι*), *ἡγεῖτο*, *ὗε*, *ἰδνώθη* „curvabat se" (apud Homerum productio ante litteram quam dicimus mutam *δ* + liquidam *ν* semper servatur, de qua re vide Kühner-Blaß, Ausführliche griechische Grammatik, tom. I, pag. 395, itaque iam stirpem verbalem hic a longa incipere vocali statuendum est), *ἧστο* et *εἵατο*, *ἴσχον* et *ἴσχε*, *ἰνδάλλετο* (= *φαίνετο*), denique *ὤθει* et *ὤσαντο*, non *ὦσε* ideo quod praeter hanc formam exsistit aoristus syllabice augmentatus *ἔωσε* (ex *ἔϜωσε*), formae autem illis respondentes *ἐώθει* et *ἐώσαντο* non reperiuntur apud Homerum. De aoristis *ἧκα*, *ἧκε* ipsis quoque parum constat, utrum formis augmenti temporalis an formis augmento carentibus adscribendi sint.

Tum secerni oportet nonnullos locos, quorum lectio incerta est, quod antiqui scriptione quam vocamus continua usi accentus et spiritus non adhibebant. Ut exemplum afferam, versum qui est *Ω* 622: $^{1}/_{2}$ veteres scripserunt *ΕΤΑΡΟΙΔΕΔΕΡΟΝΤΕ*; ita ut codices discrepent de lectione praebentes partim *ἕταροι δ' ἔδερόν τε*, partim *ἕταροι δὲ δέρον τε*. Item res se habet *Β* 420: ‖ *ἀλλ' ὅ ΓΕΔΕΚΤΟ μὲν ἱρά*, quae verba a codicibus quidem scri-

buntur ὅ γε δέκτο, sed eodem iure legi possunt ὅ γ' ἔδεκτο. Tum tantum, cum de causa metrica una e duabus scribendi rationibus reicienda est, rem decerni licet; e. g. ne Z 168: ‖ πέμπε δέ μιν Λυκίην δέ, πόρεν δ' ὅ γε σήματα λυγρά alteremus in πέμπε δέ μιν Λυκίην δ', ἔπορεν δ' ὅ γε σ. λ., prohibemur eo quod in hexametro post caesuram semiquinariam (πενθημιμερῆ) elisio evitatur (Drewitt, Classical Quarterly II, 1908, pag. 94 sqq.). Ab eadem consideratione profectus iudicavi de confirmandis locis qui sunt Z 192, I 118, Ξ 124. Alia causa de re metrica sumpta vetamur in ϑ 344 pro: ‖ οὐδὲ Ποσειδάωνα γέλως ἔχε, λίσσετο δ' αἰεί scribere ἔχ', ἐλίσσετο δ' αἰεί, nam caesuram trochaicam in quarto pede fugit poeta. — Contra non existimo pro: ‖ ὥς ἔφατ'· ἔδδεισεν δ' ὁ γέρων (A 33) legi potuisse: ‖ ὥς ἔφατο· δεῖσεν, quamquam litterae O et E inter se saepe simillimae sunt (ΕΦΑΤΟΔΕΙΣΕΝ pro ΕΦΑΤΕΔΕΙΣΕΝ) neque ulla ratione metrica dissuadetur haec lectio, ideo quod secundum consensum virorum doctorum, cur traditionem nostram ducamus malam, non habemus itaque codicibus plane congruentibus nihil est, quod aliam verborum formam putemus pristinam atque nativam esse potuisse. Similiter aestimo e. g. A 524: 4 ὅς ῥ' ἔβαλέν περ, ubi verba quoque quae sunt ὅς ῥα βάλεν περ metro admittuntur, et X 280: 4 ἤ τοι ἔφης γε, ubi, si rem metricam solam spectamus, ἤ τοι φῆς γε ponere nobis liberum est. Nullo loco huc revocando codices dissentiunt inter se; neque igitur video, quam ob rem seiungendi sint hi loci tamquam incerti.

Denique praemittendum est, me praetulisse, formae ἦν („eram“, Γ 180, Ω 426, τ 245, 315, ω 289) rationem non habere, quod inter viros doctos parum constat de explicatione grammatica. Item omisi Γ 373 et Σ 165: ‖ καί νύ κεν εἴρυσσέν τε vel εἴρυσσέν τε, cum in carmine epico ea regula valeat, ut duplex littera σ (quae originem ducit ab antiqua dialecto aeolica) stirpis vocalis bisyllabicae in vocalem desinentis non ponatur nisi in arsi omnium pedum vel in thesi primi pedis; iam Aristophanis Byzantii auctoritate nititur lectio καί νύ κεν ἐξείρυσσε (de hac re vide Jacobsohn, „Äolische Doppelkonsonanz“ in Hermae tomo 45, p. 96 sq.).

Aggrediamur rem!

Species augmenti ita disposui, ut inter se excipiant ea praeterita, quae augmento syllabico instructa, ea quae augmento temporali aucta, ea quae augmento orbata sunt; haec, quae augmento carent, iterum discrevi in ea, quae a consona, et in ea, quae a vocali incipiunt. Unaquaeque harum quattuor partium pro variis temporibus tripliciter divisa est. Eae augmenti species et ea tempora, quae non appellabuntur, testimoniis carent.

Liber A: augm. syll.: aor. 33: 1 ἔδδεισεν δ' ὁ γέρων, 568: 1 ἔδδεισεν δὲ βοῶπις πότνια Ἥρη.

sine augm., a cons. incip.: impf. 462: ‖ καῖε δ' ἐπὶ σχίζῃς ὁ γέρων. — aor. 34: ‖ βῆ δ' ἀκέων παρὰ θῖνα πολυφλοίσβοιο θαλάσσης, 44: ‖ βῆ δὲ κατ' Οὐλύμποιο καρήνων χωόμενος κῆρ, 197: ‖ στῆ δ' ὄπιθεν, 305: $1^1/_2$ λῦσαν δ' ἀγορὴν παρὰ νηυσὶν Ἀχαιῶν, 333: 4 φώνησέν τε, 347: ‖ δῶκε δ' ἄγειν, 433: $2^3/_4$ θέσαν δ' ἐν νηὶ μελαίνῃ.

B: augm. syll.: aorist. 467: ‖ ἔσταν δ' ἐν λειμῶνι Σκαμανδρίῳ ἀνθεμόεντι.

augm. temp.: aorist. 46: ‖ εἵλετο δὲ σκῆπτρον πατρώιον, ἄφθιτον αἰεί.

sine augm., a cons. inc.: impf. 37: ‖ φῆ[1]) γὰρ ὅ γ' αἱρήσειν Πριάμου πόλιν ἤματι κείνῳ, 688: ‖ κεῖτο γὰρ ἐν νήεσσι ποδάρκης δῖος Ἀχιλλεύς. — aor. 16: 1 βῆ δ' ἄρ' Ὄνειρος, 18: ‖ βῆ δ' ἄρ' ἐπ' Ἀτρείδην Ἀγαμέμνονα, 20: ‖ στῆ δ' ἄρ' ὑπὲρ κεφαλῆς Νηληίῳ υἷι ἐοικώς, 167: ‖ βῆ δὲ κατ' Οὐλύμποιο καρήνων ἀίξασα, 183: ‖ βῆ δὲ θέειν, 548: $2^1/_2$ τέκε δὲ ζείδωρος ἄρουρα, 558: ‖ στῆσε δ' ἄγων ἵν' Ἀθηναίων ἵσταντο φάλαγγες, 642: $2^1/_2$ θάνε δὲ ξανθὸς Μελέαγρος.

sine augm., a voc. inc.: aor. 665: $2^3/_4$ ἀπείλησαν γάρ οἱ ἄλλοι, 791: ‖ εἴσατο δὲ φθογγὴν υἷι Πριάμοιο Πολίτῃ.

Γ: augm. syll.: aor. 259: $3^1/_2$ ἐκέλευσε δ' ἑταίροις, 381: $2^1/_2$ ἐκάλυψε δ' ἄρ' ἠέρι πολλῇ, 418: 1 ἔδδεισεν δ' Ἑλένη, Διὸς ἐκγεγαυῖα.

augm. temp.: aor. 338: ‖ εἵλετο δ' ἄλκιμον ἔγχος, ὅ οἱ παλάμηφιν ἀρήρει.

[1]) φῆ (ἔφη), φάτο (ἔφατο), κεῖτο (ἔκειτο), σεῦτο in imperfectorum numero habeo, ut maior pars grammaticorum.

sine augm., a cons. inc.: impf. 28: $2^{1}/_{2}$ *φάτο γὰρ τίσασθαι ἀλείτην*, 247: $2^{1}/_{2}$ *φέρε δὲ κρητῆρα φαεινόν*. — aor. 259: 1 *ῥίγησεν δ' ὁ γέρων*, 419: ‖ *βῆ δὲ κατασχομένη ἑανῷ ἀργῆτι φαεινῷ*.

Δ: augm. syll.: aor. 524: 4 *ὅς ῥ' ἔβαλέν περ*.

sine augm., a cons. inc.: impf. 428: $2^{3}/_{4}$ *κέλευε δὲ οἷσιν ἕκαστος*, 451: $3^{1}/_{2}$ *ῥέε δ' αἵματι γαῖα*. — aor. 74: ‖ *βῆ δὲ κατ' Οὐλύμποιο καρήνων ἀΐξασα*, 148: ‖ *ῥίγησεν δὲ ἄρ' ἔπειτα ἄναξ ἀνδρῶν Ἀγαμέμνων*. 150: ‖ *ῥίγησεν δὲ καὶ αὐτὸς Ἀρηΐφιλος Μενέλαος*, 199: ‖ *βῆ δ' ἰέναι κατὰ λαὸν Ἀχαιῶν χαλκοχιτώνων*, 209: ‖ *βὰν δ' ἰέναι καθ' ὅμιλον ἀνὰ στρατὸν εὐρὺν Ἀχαιῶν*, 215: ‖ *λῦσε δέ οἱ ζωστῆρα παναίολον*, 222: $3^{1}/_{2}$ *μνήσαντο δὲ χάρμης*, 292: 4 *βῆ δὲ μετ' ἄλλους*, 364 = 292, 460: $2^{3}/_{4}$ *πέρησε δ' ἄρ' ὀστέον εἴσω*, 469: 4 *λῦσε δὲ γυῖα*, 495/6: ‖ *βῆ δὲ διὰ προμάχων κεκορυθμένος αἴθοπι χαλκῷ*, | *στῆ δὲ μάλ' ἐγγὺς ἰών*, 504: ‖ *δούπησεν δὲ πεσών*, 519: $2^{1}/_{2}$ *βάλε δὲ Θρῃκῶν ἀγὸς ἀνδρῶν*, 528: $2^{3}/_{4}$ *πάγη δ' ἐν πνεύμονι χαλκός*.

sine augm., a voc. inc.: aor. 530: $2^{3}/_{4}$ *ἐρύσατο δὲ ξίφος ὀξύ*.

E: sine augm.. a cons. inc.: impf. 339: $2^{1}/_{2}$ *ῥέε δ' ἄμβροτον αἷμα θεοῖο*, 352: 4 *τείρετο δ' αἰνῶς*, 595: ‖ *φοίτα δ' ἄλλοτε μὲν πρόσθ' Ἕκτορος, ἄλλοτ' ὄπισθε*, 664: $2^{3}/_{4}$ *βάρυνε*[1]) *δέ μιν δόρυ μακρόν*, 745, 4 *λάζετο δ' ἔγχος*, 797: 4 *κάμνε δὲ χεῖρα*, 840: ‖ *λάζετο δὲ μάστιγα καὶ ἡνία Παλλὰς Ἀθήνη*. — aor. 23: $2^{3}/_{4}$ *σάωσε δὲ νυκτὶ καλύψας*, 42: ‖ *δούπησεν δὲ πεσών*. 51: $2^{3}/_{4}$ *δίδαξε γὰρ Ἄρτεμις αὐτή*, 152: ‖ *βῆ δὲ μετὰ Ξάνθόν τε Θόωνά τε, Φαίνοπος υἷε*, 167: ‖ *βῆ δ' ἴμεν ἄν τε μάχην καὶ ἀνὰ κλόνον ἐγχειάων*, 170: ‖ *στῆ δὲ πρόσθ' αὐτοῖο*, 325: ‖ *δῶκε δὲ Δηιπύλῳ, ἑτάρῳ φίλῳ*, 533: $3^{1}/_{2}$ *βάλε δὲ πρόμον ἄνδρα*, 540 = 42, 562: ‖ *βῆ δὲ διὰ προμάχων κεκορυθμένος αἴθοπι χαλκῷ*, 566: ‖ *βῆ δὲ διὰ προμάχων*, 587: $2^{1}/_{2}$ *τύχε γάρ ῥ' ἀμάθοιο βαθείης*, 611: ‖ *στῆ δὲ μάλ' ἐγγὺς ἰών*, 617: ‖ *δούπησεν δὲ πεσών*, 623: ‖ *δεῖσε δ' ὅ γ' ἀμφίβασιν κρατερὴν Τρώων ἀγερώχων*, 669: $2^{3}/_{4}$ *νόησε δὲ δῖος Ὀδυσσεύς*, 681 = 562, 682: $2^{3}/_{4}$ *χάρη δ' ἄρα οἱ προσιόντι*, 799: 4 *φώνησέν*

[1]) Hanc formam et alias similes in imperfectis numero, quod hoc tempus actionis modo melius respondere mihi videtur quam aoristus. Saepe vicina tempora praeterita, quae quin uni aut alteri illorum temporum attribuenda sint, nemo dubitat, adiuvant nos in discrimine interimendo (vide posterius formas *δῦνε, ὦρνε, ὤτρυνε, θάρσυνε, κτεῖνε*).

τε, 849: ‖ *αὐτὰρ ὁ βῆ ῥ' ἰθὺς Διομήδεος ἱπποδάμοιο*, 870: ‖ *δεῖξεν δ' ἄμβροτον αἷμα καταρρέον ἐξ ὠτειλῆς*.

sine augm., a voc. inc.: aor. 19: 4 *ὦσε δ' ἀφ' ἵππων*, 37: $3^{1}/_{2}$ *ἕλε δ' ἄνδρα ἕκαστος*, 600: 4 *εἶπέ τε λαῷ*[1]).

Z: augm. syll.: impf. 295: $2^{3}/_{4}$ *ἔκειτο δὲ νείατος ἄλλων*.

sine augm., a cons. inc.: impf. 34: ‖ *ναῖε δὲ Σατνιόεντος ἐυρρείταο παρ' ὄχθας*, 108: ‖ *φὰν δέ τιν' ἀθανάτων ἐξ οὐρανοῦ ἀστερόεντος* | *Τρωσὶν ἀλεξήσοντα κατελθέμεν*. — aor. 10: $2^{3}/_{4}$ *πέρησε δ' ἄρ' ὀστέον εἴσω*, 21: ‖ *βῆ δὲ μετ' Αἴσηπον καὶ Πήδασον*, 296: ‖ *βῆ δ' ἰέναι*.

sine augm., a voc. inc.: impf. 289: ‖ *ἔνθ' ἔσαν οἱ πέπλοι παμποίκιλοι, ἔργα γυναικῶν*.

H: sine augm., a cons. inc.: aor. 12: 4 *λῦσε δὲ γυῖα*, 16: 4 *λύντο δὲ γυῖα*, 19: ‖ *βῆ ῥα κατ' Οὐλύμποιο καρήνων ἀΐξασα*, 46: ‖ *στῆ δὲ παρ' Ἕκτορ' ἰών*, 93: $3^{1}/_{2}$ *δεῖσαν δ' ὑποδέχθαι*, 189: ‖ *γνῶ δὲ κλήρου σῆμα ἰδών*, 190: 4 *φώνησέν τε*, 225: ‖ *στῆ ῥα μάλ' Ἕκτορος ἐγγύς*, 261: $2^{1}/_{2}$ *στυφέλιξε δέ μιν μεμαῶτα*, 271: ‖ *βλάψε δέ οἱ φίλα γούναθ'*, 317: $3^{1}/_{2}$ *πεῖράν τ' ὀβελοῖσιν*, 465: ‖ *δύσετο δ' ἠέλιος*.

sine augm., a voc. inc. 277: 4 *εἶπέ τε μῦθον*.

Θ: augm. temp.: aor. 227: *ἤυσεν δὲ διαπρύσιον Δαναοῖσι γεγωνώς*.

sine augm., a cons. inc.: impf. 65: $3^{1}/_{2}$ *ῥέε δ' αἵματι γαῖα*, 67: 4 *πῖπτε δὲ λαός*, 129: $2^{3}/_{4}$ *δίδου δέ οἱ ἡνία χερσίν*, 389: 4 *λάζετο δ' ἔγχος*. — aor. 100: ‖ *στῆ δὲ πρόσθ' ἵππων Νηληιάδαο γέροντος*, 138: ‖ *δεῖσε δ' ὅ γ' ἐν θυμῷ*, 184: 4 *φώνησέν τε*, 220: ‖ *βῆ δ' ἰέναι παρά τε κλισίας καὶ νῆας Ἀχαιῶν*, 222: ‖ *στῆ δ' ἐπ' Ὀδυσσῆος μεγακήτεϊ νηῒ μελαίνῃ*, 246: ‖ *νεῦσε δέ οἱ λαὸν σῶν ἔμμεναι οὐδ' ἀπολέσθαι*, 252: $3^{1}/_{2}$ *μνήσαντο δὲ χάρμης*, 267: ‖ *στῆ δ' ἄρ' ὑπ' Αἴαντος σάκεϊ Τελαμωνιάδαο*, 280: ‖ *στῆ δὲ παρ' αὐτὸν ἰών*, 322: ‖ *βῆ δ' ἰθὺς Τεύκρου*, 324: ‖ *θῆκε δ' ἐπὶ νευρῇ*, 328: ‖ *ῥῆξε δέ οἱ νευρήν*, 329: ‖ *στῆ δὲ γνὺξ ἐριπών*, 397: 4 *χώσατ' ἄρ' αἰνῶς*. 410: ‖ *βῆ δὲ κατ' Ἰδαίων ὀρέων ἐς μακρὸν Ὄλυμπον*, 446 = 184. 544: ‖ *δῆσαν δ' ἱμάντεσσι παρ' ἅρμασιν οἷσιν ἕκαστος*.

[1]) *εἶπον* ortum est ex *ἔϝειπον*, quod ipsum redit ad *ἔ-ϝε-ϝπ-ον* pertinens ad radicem *ϝεπ* (uequ) reduplicatam; cf. Sonne, Epilegomena zu Benfeys griechischem Wurzellexikon, p. 39; Solmsen, Untersuchungen zur griechischen Laut- und Verslehre, p. 237.

I: sine augm., a cons. inc.: impf. 209: $2^{1}/_{2}$ *τάμνεν δ' ἄρα δῖος Ἀχιλλεύς*, 214: ‖ *πάσσε δ' ἁλὸς θείοιο*. — aor. 177: ‖ *αὐτὰρ ἐπεὶ σπεῖσάν τε πίον θ', ὅσον ἤθελε θυμός*, 193: *στὰν δὲ πρόσθ' αὐτοῖο*, 223: $2^{3}/_{4}$ *νόησε δὲ δῖος Ὀδυσσεύς*.

sine augm., a voc. inc.: imperf. 189: $2^{3}/_{4}$ *ἄειδε δ' ἄρα κλέα ἀνδρῶν*.

K: augm. syll.: aor. 240: 1 *ἔδδεισεν δὲ περὶ ξανθῷ Μενελάῳ*.

augm. temp.: imperf. 230/1: ‖ *ἤθελε δ' Ἀτρείδης δουρικλειτὸς Μενέλαος*, | *ἤθελε δ' ὁ τλήμων Ὀδυσεὺς καταδῦναι ὅμιλον*. — aor. 24: 4 *εἵλετο*[1]) *δ' ἔγχος*, 135: ‖ *εἵλετο δ' ἄλκιμον ἔγχος, ἀκαχμένον ὀξέι χαλκῷ*, 178 = 24.

sine augm., a cons. inc: impf. 277: ‖ *χαῖρε δὲ τῷ ὄρνιθ' Ὀδυσεύς*, 483: ‖ *κτεῖνε δ' ἐπιστροφάδην*. — aor. 32: ‖ *βῆ δ' ἴμεν ἀνστήσων ὃν ἀδελφεόν*, 73: ‖ *αὐτὰρ ὁ βῆ ῥ' ἰέναι μετὰ Νέστορα, ποιμένα λαῶν*, 136: ‖ *βῆ δ' ἰέναι κατὰ νῆας Ἀχαιῶν χαλκοχιτώνων*, 149/50: 4 *βῆ δὲ μετ' αὐτούς*. | *βὰν δ' ἐπὶ Τυδείδην Διομήδεα*, 158: 4 *νείκεσέ τ' ἄντην*, 179: *βῆ δ' ἰέναι*, 273: ‖ *βάν ῥ' ἰέναι*, 297: ‖ *βάν ῥ' ἴμεν ὥς τε λέοντε δύω διὰ νύκτα μέλαιναν*, 336: ‖ *βῆ δ' ἰέναι ποτὶ νῆας ἀπὸ στρατοῦ*, 339: ‖ *βῆ ῥ' ἀν' ὁδὸν μεμαώς*, 358: ‖ *γνῶ ῥ' ἄνδρας δηίους*, 513: 4 *κόψε δ' Ὀδυσσεύς*, 532, 4 *φώνησέν τε*.

sine augm., a voc. inc.: aor. 335: $3^{1}/_{2}$ *ἕλε δ' ὀξὺν ἄκοντα*.

Λ: augm. syll.: impf. 584: $3^{1}/_{2}$ *ἐβάρυνε δὲ μηρόν*.

augm. temp.: impf. 598: $1^{1}/_{2}$ *ἦγον δὲ Μαχάονα, ποιμένα λαῶν*. — aor. 43: *εἵλετο δ' ἄλκιμα δοῦρε δύω, κεκορυθμένα χαλκῷ*, 275: ‖ *ἤυσεν δὲ διαπρύσιον Δαναοῖσι γεγωνώς*, 340: $3^{1}/_{2}$ *ἀάσατο*[2]) *δὲ μέγα θυμῷ*, 586 = 275.

sine augm., a cons. inc.: impf. 21: ‖ *πεύθετο γὰρ Κύπρονδε μέγα κλέος*. 85: 4 *πῖπτε δὲ λαός*, 226: $2^{3}/_{4}$ *δίδου δ' ὅ γε θυγατέρα ἥν*, 458: 4 *κῆδε δὲ θυμόν*. — aor. 5: ‖ *στῆ δ' ἐπ' Ὀδυσσῆος μεγακήτεϊ νηὶ μελαίνῃ*, 98: $2^{3}/_{4}$ *δάμασσε δέ μιν μεμαῶτα*, 101: ‖ *αὐτὰρ*

[1]) *εἵλετο* (⟨*ἐ-hέλετο*), *εἷρπον* (⟨*ἔ-hερπον*), *εἴρυσεν* (⟨*ἐ-Fέρυσεν*), *εἶχον* (⟨*ἔ-σεχον*), *ἤικτο* (⟨*ἐ-Fέ-Fικτο*), *εἶδον* (⟨*ἔ-Fιδον*) ponebam, ut aliquo hos locos conferrem, in numero exemplorum augmenti temporalis, quod hae formae utique videri poterant temporali augmento praeditae esse, quamquam ortae sunt ex augmento syllabico.

[2]) Cum *ἀάσατο* quoque inveniatur, *ἀάσατο* formis augmenti temporalis adnumeravi.

ὁ βῆ ῥ' Ἶσόν τε καὶ Ἄντιφον ἐξεναρίξων, 196: ‖ *βῆ δὲ κατ' Ἰδαίων ὀρέων εἰς Ἴλιον ἱρήν*, 216: $2^{1}/_{2}$ *στὰν δ' ἀντίοι*, 240: 4 *λῦσε δὲ γυῖα*, 247: ‖ *βῆ δὲ φέρων ἀν' ὅμιλον Ἀχαιῶν τεύχεα καλά*, 251: ‖ *στῆ δ' εὐρὰξ σὺν δουρί, λαθὼν Ἀγαμέμνονα δῖον*. 254: ‖ *ῥίγησέν τ' ἄρ' ἔπειτα ἄναξ ἀνδρῶν Ἀγαμέμνων*, 260 = 240, 267: 4 *παύσατο δ' αἷμα*, 351: $2^{1}/_{2}$ *πλάγχθη δ' ἀπὸ χαλκόφι χαλκός*, 354/5: 4 *μῖκτο δ' ὁμίλῳ*· | *στῆ δὲ γνὺξ ἐριπών*. 429: ‖ *στῆ δὲ μάλ' ἐγγύς ἰών*, 439: ‖ *γνῶ δ' Ὀδυσεύς, ὅ οἱ οὔτι τέλος κατακαίριον ἦλθεν*, 449: ‖ *δούπησεν δὲ πεσών*, 451: ‖ *φθῆ σε τέλος θανάτοιο κιχήμενον*, 486: ‖ *στῆ δὲ παρ' ἐξ*, 545: ‖ *στῆ δὲ ταφών*, 546: ‖ *τρέσσε δὲ παπτήνας ἐφ' ὁμίλου, θηρὶ ἐοικώς*, 577: ‖ *στῆ ῥα παρ' αὐτὸν ἰών*, 595: ‖ *στῆ δὲ μεταστρεφθείς*, 617: ‖ *βῆ δὲ θέειν παρά τε κλισίας καὶ νῆας Ἀχαιῶν*, 805: ‖ *βῆ δὲ θέειν παρὰ νῆας ἐπ' Αἰακίδην Ἀχιλῆα*, 848 = 267.

sine augm., a voc. inc.: impf. 184: $2^{1}/_{2}$ *ἔχε δ' ἀστεροπὴν μετὰ χερσίν*, 217: $1^{1}/_{2}$ *ἔθελεν*[1]) *δὲ πολὺ προμάχεσθαι ἁπάντων*, 352: $2^{3}/_{4}$ *ἐρύκακε γὰρ τρυφάλεια*. — aor. 92: $1^{1}/_{2}$ *ἕλε δ' ἄνδρα Βιήνορα, ποιμένα λαῶν*, 647: 4 *εἶπέ τε μῦθον*.

M: augm. syllab.: impf. 125: $2^{3}/_{4}$ *ἔφαντο γὰρ οὐκέτ' Ἀχαιοὺς σχήσεσθ'*.

augm. temp.: 439: ‖ *ἤυσεν δὲ διαπρύσιον Τρώεσσι γεγωνώς*.

sine augm., a cons. inc.: impf. 463: 4 *λάμπε δὲ χαλκῷ*. — aor. 106: ‖ *βάν ῥ' ἰθὺς Δαναῶν λελιημένοι*. 186: $2^{3}/_{4}$ *δάμασσε δέ μιν μεμαῶτα*, 204: ‖ *κόψε γὰρ αὐτὸν ἔχοντα κατὰ στῆθος παρὰ δειρήν*, 299: ‖ *βῆ ῥ' ἴμεν ὥς τε λέων ὀρεσίτροφος*, 352/3: ‖ *βῆ δὲ θέειν περὶ τεῖχος Ἀχαιῶν χαλκοχιτώνων*, | *στῆ δὲ παρ' Αἰάντεσσι κιών*, 386: $3^{1}/_{2}$ *λίπε δ' ὀστέα θυμός*, 389: 4 *παῦσε δὲ χάρμης*, 405/6: $2^{1}/_{2}$ *στυφέλιξε δέ μιν μεμαῶτα*. | *χώρησεν δ' ἄρα τυτθὸν ἐπάλξιος*, 408: ‖ *κέκλετο δ' ἀντιθέοισιν ἑλιξάμενος Λυκίοισιν*, 457: ‖ *στῆ δὲ μάλ' ἐγγὺς ἰών*. 459: $3^{1}/_{2}$ *πέσε δὲ λίθος εἴσω*, 467: ‖ *κέκλετο δὲ Τρώεσσιν ἑλιξάμενος καθ' ὅμιλον*.

sine augm., a voc. inc.: aor. 80: $2^{1}/_{2}$ *ἅδε δ' Ἕκτορι μῦθος ἀπήμων*, 118: ‖ *εἴσατο γὰρ νηῶν ἐπ' ἀριστερά*.

[1]) Cum Homerus praesens *ἐθέλω* solum noverit (vide Gehringii Indicem homericum, p. 242/3), imperfectum *ἔθελον* augmento caret, *ἤθελον* augmento temporali praeditum est. Ad id notetur, imperfectum iterativum, quod numquam augmento ornatur (v. supra ea quae praefatus sum), semper esse *ἐθέλεσκον* (*I* 353, 486, *N* 106).

N: augm. syll.: aor. 543: ‖ ἐκλίνθη δ' ἑτέρωσε κάρη, 608: ‖ ἔσχεθε γὰρ σάκος εὐρύ.

augm. temp.: aor. 149: ‖ ἤυσεν δὲ διαπρύσιον Τρώεσσι γεγωνώς.

sine augm., a cons. inc.: impf. 14: ‖ φαίνετο δὲ Πριάμοιο πόλις καὶ νῆες Ἀχαιῶν, 18: $2^{1}/_{2}$ τρέμε δ' οὔρεα μακρὰ καὶ ὕλη, 172: ‖ ναῖε δὲ Πήδαιον, 176: ‖ ναῖε δὲ πὰρ Πριάμῳ, 655: 4 δεῦε δὲ γαῖαν. — aor. 27: ‖ βῆ δ' ἐλάαν ἐπὶ κύματ', 146: ‖ στῆ ῥα μάλ' ἐγχριμφθείς, 163: 4 δεῖσε δὲ θυμῷ, 165: 4 χώσατο δ' αἰνῶς, 167: ‖ βῆ δ' ἰέναι παρά τε κλισίας καὶ νῆας Ἀχαιῶν, 187: ‖ δούπησεν δὲ πεσών, 208 = 167, 242: ‖ βῆ δ' ἴμεν ἀστεροπῇ ἐναλίγκιος, 297: ‖ βῆ δὲ μετ' Ἰδομενῆα μέγα πτολέμοιο μεμηλώς, 363: πέφνε γὰρ Ὀθρυονῆα, Καβησόθεν ἔνδον ἐόντα, 373: ‖ δούπησεν δὲ πεσών· ὁ δ' ἐπεύξατο φώνησέν τε, 405: $1^{1}/_{2}$ κρύφθη γὰρ ὑπ' ἀσπίδι πάντοσ' ἐίσῃ, 435: $2^{3}/_{4}$ πέδησε δὲ φαίδιμα γυῖα, 439: $2^{1}/_{2}$ ῥῆξεν δέ οἱ ἀμφὶ χιτῶνα, 442: ‖ δούπησεν δὲ πεσών, 467 = 297, 507: ῥῆξε δὲ θώρηκος γύαλον, 582: βῆ δ' ἐπαπειλήσας Ἑλένῳ ἥρωι ἄνακτι, 789: ‖ βὰν δ' ἴμεν, ἔνθα μάλιστα μάχη καὶ φύλοπις ἦεν.

sine augm., a voc. inc.: aor. 193: ὦσε δέ μιν σθένεϊ μεγάλῳ, 748: $2^{1}/_{2}$ ἅδε δ' Ἕκτορι μῦθος ἀπήμων.

Ξ: augm. temp.: aor. 12: ‖ εἵλετο δ' ἄλκιμον ἔγχος, ἀκαχμένον ὀξέι χαλκῷ.

sine augm., a cons. inc.: impf. 156: 4 χαῖρε δὲ θυμῷ, 179: $2^{3}/_{4}$ τίθει δ' ἐνὶ δαίδαλα πολλά. — aor. 13: ‖ στῆ δ' ἐκτὸς κλισίης, 40: 1 πτῆξε δὲ θυμὸν ἐνὶ στήθεσσιν Ἀχαιῶν, 134: ‖ βὰν δ' ἴμεν, 166: ‖ βῆ δ' ἴμεν ἐς θάλαμον, τόν οἱ φίλος υἱὸς ἔτευξεν, 188: ‖ βῆ ῥ' ἴμεν ἐκ θαλάμοιο, 297: ‖ στῆ δ' αὐτῆς προπάροιθεν, 354: ‖ βῆ δὲ θέειν ἐπὶ νῆας Ἀχαιῶν νήδυμος Ὕπνος, 384: ‖ βάν ῥ' ἴμεν, 406: 4 χώσατο δ' Ἕκτωρ, 441: $3^{1}/_{2}$ μνήσαντο δὲ χάρμης, 450: $1^{1}/_{2}$ βάλε δὲ Προθοήνορα δεξιὸν ὦμον, 500: ‖ πέφραδέ τε Τρώεσσι.

sine augm., a voc. inc.: impf. 353: $3^{1}/_{2}$ ἔχε δ' ἀγκὰς ἄκοιτιν, 422: $2^{3}/_{4}$ ἀκόντιζον δὲ θαμειὰς | αἰχμάς. — aor. 280: ‖ αὐτὰρ ἐπεί ῥ' ὄμοσέν τε, 293: $2^{1}/_{2}$ ἴδε δὲ νεφεληγερέτα Ζεύς.

O: augm. syll.: aor. 418: $2^{3}/_{4}$ ἐπεί ῥ' ἐπέλασσέ γε δαίμων.

augm. temp.: aor. 84: ‖ ἵκετο δ' αἰπὺν Ὄλυμπον, 482: ‖ εἵλετο δ' ἄλκιμον ἔγχος, ἀκαχμένον ὀξέι χαλκῷ.

sine augm., a cons. inc.: impf. 219: ‖ δῦνε δὲ πόντον ἰών, 319: 4 πῖπτε δὲ λαός, 345: $2^{3}/_{4}$ δύοντο δὲ τεῖχος ἀνάγκῃ, 551: ‖

ναῖε δὲ πὰρ Πριάμῳ, 594: 4 θέλγε δὲ θυμόν, 677: ‖ νώμα δὲ ξυστὸν μέγα ναύμαχον ἐν παλάμῃσι, 715: $2^{1}/_{2}$ ῥέε δ' αἵματι γαῖα μέλαινα. — aor. 6: ‖ στῆ δ' ἄρ' ἀναΐξας, 34: 1 ῥίγησεν δὲ βοῶπις πότνια Ἥρη, 79: ‖ βῆ δ' ἐξ Ἰδαίων ὀρέων ἐς μακρὸν Ὄλυμπον, 124: $2^{1}/_{2}$ λίπε δὲ θρόνον, ἔνθα θάασσε, 169: ‖ βῆ δὲ κατ' Ἰδαίων ὀρέων εἰς Ἴλιον ἱρήν, 237: ‖ βῆ δὲ κατ' Ἰδαίων ὀρέων, ἴρηκι ἐοικώς, 322: $2^{3}/_{4}$ λάθοντο δὲ θούριδος ἀλκῆς, 380: $3^{1}/_{2}$ μνήσαντο δὲ χάρμης, 421: ‖ δούπησεν δὲ πεσών, 435: 4 λύντο δὲ γυῖα, 483: ‖ βῆ δ' ἰέναι, 524 = 421, 541: ‖ στῆ δ' εὐρὰξ σὺν δουρὶ λαθών, βάλε δ' ὦμον ὄπισθεν, 578 = 421, 591: ‖ στῆ δὲ μεταστρεφθείς, 729: $2^{1}/_{2}$ λίπε δ' ἴκρια νηὸς ἐίσης.

sine augm., a voc. inc.: impf. 308: $3^{1}/_{2}$ ἔχε δ' αἰγίδα θοῦριν. — aor. 6: $2^{1}/_{2}$ ἴδε δὲ Τρῶας καὶ Ἀχαιούς.

Π: augm. syll.: aor. 340: 4 ἔσχεθε δ' οἶον | δέρμα, 594: 1 ἔκτεινεν δὲ Βαθυκλῆα μεγάθυμον.

augm. temp.: aor. 139: ‖ εἵλετο δ' ἄλκιμα δοῦρε, τά οἱ παλάμηφιν ἀρήρει, 509: ‖ ὠρίνθη δέ οἱ ἦτορ.

sine augm., a cons. inc.: impf. 103: ‖ δάμνα μιν Ζηνός τε νόος καὶ Τρῶες ἀγαυοί, 105: 4 βάλλετο δ' αἰεί, 122: ‖ χάζετο δ' ἐκ βελέων, 231: 4 λεῖβε δὲ οἶνον, 368: 4 λεῖπε δὲ λαόν, 510: 4 τεῖρε γὰρ αὐτὸν | ἕλκος, 681: ‖ πέμπε δέ μιν πομποῖσιν ἅμα κραιπνοῖσι φέρεσθαι, 778: 4 πῖπτε δὲ λαός. — aor. 119: ‖ γνῶ δ' Αἴας κατὰ θυμὸν ἀμύμονα ῥίγησέν τε, 185: $2^{3}/_{4}$ πόρεν δέ οἱ ἀγλαὸν υἱόν, 221: ‖ βῆ ῥ' ἴμεν ἐς κλισίην, 255: ‖ στῆ δὲ πάροιθ' ἐλθὼν κλισίης, 310: ‖ ῥῆξεν δ' ὀστέον ἔγχος, 312: 4 λῦσε δὲ γυῖα, 325: ‖ δούπησεν δὲ πεσών, 347: $2^{3}/_{4}$ κέασσε δ' ἄρ' ὀστέα λευκά, 357: $2^{3}/_{4}$ λάθοντο δὲ θούριδος ἀλκῆς, 400 = 312, 401 = 325, 421: ‖ κέκλετ' ἄρ' ἀντιθέοισι καθαπτόμενος Λυκίοισιν, 465 = 312, 536: ‖ βῆ δὲ μετ' Αἰνείαν τε καὶ Ἕκτορα χαλκοκορυστήν, 552: ‖ βὰν δ' ἰθὺς Δαναῶν λελιημένοι, 570: ‖ βλῆτο γὰρ οὔ τι κάκιστος ἀνὴρ μετὰ Μυρμιδόνεσσιν, 599 = 325, 601: ‖ στὰν δ' ἀμφ' αὐτὸν ἰόντες ἀολλέες, 616: 4 φώνησέν τε, 657/8: 4 κέκλετο δ' ἄλλους | Τρῶας φευγέμεναι· γνῶ γὰρ Διὸς ἱρὰ τάλαντα, 677: ‖ βῆ δὲ κατ' Ἰδαίων ὀρέων ἐς φύλοπιν αἰνήν, 680: ‖ χρῖσέν τ' ἀμβροσίῃ, 737: $2^{1}/_{2}$ βάλε δ' Ἕκτορος ἡνιοχῆα, 743: $3^{1}/_{2}$ λίπε δ' ὀστέα θυμός, 791: ‖ στῆ δ' ὄπιθε, 804: ‖ λῦσε δέ οἱ θώρηκα ἄναξ, Διὸς υἱὸς Ἀπόλλων, 806: ‖ στῆ δὲ ταφών, 813: 4 μῖκτο δ' ὁμίλῳ, 822 = 325.

sine augm., a voc. inc.: aor. 569: ὦσαν δὲ πρότεροι Τρῶες ἑλίκωπας Ἀχαιούς.

P: augm. syll.: impf. 86: 1 ἔρρει δ' αἷμα κατ' οὐταμένην ὠτειλήν. — aor. 596: $3^{1}/_{2}$ ἐφόβησε δ' Ἀχαιούς.

aug. temp.: aor. 247: ‖ ἤυσεν δὲ διαπρύσιον Δαναοῖσι γεγωνώς.

sine augm., a cons. inc.: impf. 108: 4 λεῖπε δὲ νεκρόν, 130: $2^{3}/_{4}$ δίδου δ' ὅ γε τεύχεα καλά. — aor. 3: ‖ βῆ δὲ διὰ προμάχων κεκορυθμένος αἴθοπι χαλκῷ, 50: ‖ δούπησεν δὲ πεσών, 87 = 3. 114: ‖ στῆ δὲ μεταστρεφθείς, 119: ‖ βῆ δὲ θέειν, 124: βῆ δὲ διὰ προμάχων, 210/1: 4 δῦ δέ μιν Ἄρης, | δεινὸς Ἐνυάλιος, πλῆσθεν δ' ἄρα οἱ μέλε' ἐντός, 213: ‖ βῆ ῥα μέγα ἰάχων, 311 = 50. 314: ‖ ῥῆξε δὲ θώρηκος γύαλον, 347: ‖ στῆ δὲ μάλ' ἐγγὺς ἰών, 468: ‖ στῆ δ' ὄπιθεν δίφροιο, 483: $2^{3}/_{4}$ νόησε δὲ φαίδιμος Ἕκτωρ, 574: ‖ βῆ δ' ἐπὶ Πατρόκλῳ, 580: ‖ δούπησεν δὲ πεσών, 592 = 3, 598/9: ‖ βλῆτο γὰρ ὦμον δουρί, πρόσω τετραμμένος αἰεί, | ἄκρον ἐπιλίγδην γράψεν δέ οἱ ὀστέον ἄχρις, 602/3: 4 παῦσε δὲ χάρμης· | τρέσσε δὲ παπτήνας, 657: ‖ βῆ δ' ἰέναι ὥς τίς τε λέων ἀπὸ μεσσαύλοιο, 698 = 119, 707: ‖ στῆ δὲ παρ' Αἰάντεσσι θέων.

sine augm., a voc. inc.: aor. 274: ὦσαν δὲ πρότεροι Τρῶες ἑλίκωπας Ἀχαιούς, 615: $2^{3}/_{4}$ ἄμυνε δὲ νηλεὲς ἦμαρ.

Σ: augm. temp.: impf. 539: ‖ ὡμίλευν δ' ὥς τε ζωοὶ βροτοί.

sine augm., a cons. inc.: impf. 17: $2^{1}/_{2}$ φάτο δ' ἀγγελίην ἀλεγεινήν, 379: 4 κόπτε δὲ δεσμούς, 478: ‖ ποίει δὲ πρώτιστα σάκος μέγα τε στιβαρόν τε, 507: ‖ κεῖτο δ' ἄρ' ἐν μέσσοισι δύω χρυσοῖο τάλαντα, 529: $2^{1}/_{2}$ κτεῖνον δ' ἐπὶ μηλοβοτῆρας, 534: ‖ βάλλον δ' ἀλλήλους χαλκήρεσιν ἐγχείῃσιν. — aor. 215: ‖ στῆ δ' ἐπὶ τάφρον ἰὼν ἀπὸ τείχεος, 391: ‖ κέκλετο δ' Ἥφαιστον κλυτοτέχνην, 416: ‖ δῦ δὲ χιτῶν', 416: 4 βῆ δὲ θύραζε, 468: 4 βῆ δ' ἐπὶ φύσας, 469: $2^{3}/_{4}$ κέλευσέ τε ἐργάζεσθαι, 610/1: ‖ τεῦξ' ἄρα οἱ θώρηκα φαεινότερον πυρὸς αὐγῆς· | τεῦξε δέ οἱ κόρυθα βριαρήν, κροτάφοις ἀραρυῖαν, 613: ‖ τεῦξε δέ οἱ κνημῖδας ἑανοῦ κασσιτέροιο. — plqpf. 34: ‖ δείδιε [1]) γάρ, μὴ λαιμὸν ἀπαμήσειε σιδήρῳ.

sine augm., a voc. inc.: aor. 35: $2^{3}/_{4}$ ἄκουσε δὲ πότνια μήτηρ, 391: 4 εἶπέ τε μῦθον, 416: $1^{1}/_{2}$ ἕλε δὲ σκῆπτρον παχύ.

[1]) δείδιε (timebat), γέγωνε (vocabat), ἄνωγε (iubebat), πέπληγον (feriebam) posui in plusquamperfectis terminatione imperfecti instructis.

T: sine augm., a cons. inc.: impf. 18: ‖ τέρπετο δ' ἐν χείρεσσιν ἔχων θεοῦ ἀγλαὰ δῶρα. — aor. 241: ‖ βὰν δ' ἴμεν ἐς κλισίην Ἀγαμέμνονος Ἀτρείδαο, 276: ‖ $2^{1}/_{2}$ λῦσεν δ' ἀγορὴν αἰψηρήν, 279: ‖ βὰν δ' ἐπὶ νῆα φέροντες Ἀχιλλῆος θείοιο, 314: 4 φώνησέν τε, 362: $2^{3}/_{4}$ γέλασσε δὲ πᾶσα περὶ χθών.

sine augm., a voc. inc.: aor. 286: ‖ εἶπε δ' ἄρα κλαίουσα γυνὴ εἰκυῖα θεῇσι.

Y: augm. syll.: aor. 61: ‖ ἔδδεισεν δ' ὑπένερθεν ἄναξ ἐνέρων Ἀιδωνεύς, 444: $2^{1}/_{2}$ ἐκάλυψε δ' ἄρ' ἠέρι πολλῇ.

sine augm., a cons. inc.: impf. 163: $2^{3}/_{4}$ τίνασσε δὲ χάλκεον ἔγχος, 262: $2^{1}/_{2}$ φάτο γὰρ δολιχόσκιον ἔγχος | ῥέα διελεύσεσθαι μεγαλήτορος Αἰνείαο, 353: $2^{3}/_{4}$ κέλευε δὲ φωτὶ ἑκάστῳ, 365: $2^{1}/_{2}$ φάτο δ' ἴμεναι ἄντ' Ἀχιλῆος, 494: $2^{1}/_{2}$ ῥέε δ' αἵματι γαῖα μέλαινα. — aor. 32: ‖ βὰν δ' ἴμεναι πόλεμον δὲ θεοί, δίχα θυμὸν ἔχοντες, 111: ‖ βῆ δὲ διὰ προμάχων κεκορυθμένος αἴθοπι χαλκῷ, 199: 4 φώνησέν τε, 319: ‖ βῆ ῥ' ἴμεν ἄν τε μάχην καὶ ἀνὰ κλόνον ἐγχειάων, 388: ‖ δούπησεν δὲ πεσών, 400: $2^{3}/_{4}$ δάμασσε δέ μιν μεμαῶτα, 484: ‖ αὐτὰρ ὁ βῆ ῥ' ἰέναι μετ' ἀμύμονα Πείρεω υἱόν, 486: $2^{3}/_{4}$ πάγη δ' ἐν πνεύμονι χαλκός.

Φ: augm. syll.: aor. 389: $2^{1}/_{2}$ ἐγέλασσε δέ οἱ φίλον ἦτορ.

augm. temp.: impf. 388: 4 ἄιε δὲ Ζεύς.

sine augm., a cons. inc.: impf. 51: 4 τεῖρε γὰρ ἱδρώς, 119: 4 δεῦε δὲ γαῖαν, 343: 4 καῖε δὲ νεκρούς, 351: καίετο δὲ λωτός τε ἰδὲ θρύον ἠδὲ κύπειρον, 356: ‖ καίετο δ' ἶς ποταμοῖο, 366: 4 πεῖρε δ' ἀυτμή, 423: 4 χαῖρε δὲ θυμῷ. — aor. 9: $3^{1}/_{2}$ βράχε δ' αἰπὰ ῥέεθρα, 30: ‖ δῆσε δ' ὀπίσσω χεῖρας ἐυτμήτοισιν ἱμᾶσι, 32: δῶκε δ' ἑταίροισιν κατάγειν κοίλας ἐπὶ νῆας, 43: $2^{1}/_{2}$ πέμψεν δ' ἐς δῖαν Ἀρίσβην, 167: $1^{1}/_{2}$ σύτο δ' αἷμα κελαινεφές, 205: ‖ αὐτὰρ ὁ βῆ ῥ' ἰέναι μετὰ Παίονας ἱπποκορυστάς, 345: $3^{1}/_{2}$ σχέτο δ' ἀγλαὸν ὕδωρ, 387: $3^{1}/_{2}$ βράχε δ' εὐρεῖα χθών, 406: 4 λῦσε δὲ γυῖα, 408: $2^{3}/_{4}$ γέλασσε δὲ Παλλὰς Ἀθήνη, 496: $3^{1}/_{2}$ λίπε δ' αὐτόθι τόξα, 597: $2^{3}/_{4}$ κάλυψε δ' ἄρ' ἠέρι πολλῇ.

sine augm., a voc. inc.: aor. 235: 4 ὦσε δὲ νεκρούς.

X: sine augm., a cons. inc.: impf. 158: $2^{3}/_{4}$ δίωκε δέ μιν μέγ' ἀμείνων, 224: 4 χαῖρε δὲ θυμῷ, 324: ‖ φαίνετο δ', ᾗ κληῖδες ἀπ' ὤμων αὐχέν' ἔχουσι. — aor. 2: $2^{3}/_{4}$ πίον τ', 137: 4 βῆ δὲ φοβηθείς, 143: $4^{1}/_{2}$ τρέσε δ' Ἕκτωρ, 187: ‖ βῆ δὲ κατ' Οὐλύμποιο

καρήνων ἀίξασα, 213: $2^3/_4$ λίπεν δέ ἑ Φοῖβος Ἀπόλλων, 225: ‖ στῆ δ' ἄρ' ἐπὶ μελίης χαλκογλώχινος ἐρεισθείς, 277: $2^1/_2$ λάθε δ' Ἕκτορα ποιμένα λαῶν, 291: 4 χώσατο δ' Ἕκτωρ, 293: ‖ στῆ δὲ κατηφήσας 296: 4 φώνησέν τε, 442: ‖ κέκλετο δ' ἀμφιπόλοισιν ἐυπλοκάμοις κατὰ δῶμα.

Ψ: augm. syll.: impf. 167: ‖ πρόσθε πυρῆς ἔδερόν τε, 688: 4 ἔρρεε δ' ἱδρώς.

sine augm., a cons. inc.: impf. 27: $2^3/_4$ λύον δ' ὑψηχέας ἵππους, 220: 4 δεῦε δὲ γαῖαν, 299: $1^1/_2$ ναῖεν δ' ὅ γ' ἐν εὐρυχόρῳ Σικυῶνι. — aor. 68: ‖ στῆ δ' ἄρ' ὑπὲρ κεφαλῆς, 164: ‖ ποίησαν δὲ πυρὴν ἑκατόμπεδον ἔνθα καὶ ἔνθα, 189: $2^3/_4$ κάλυψε δὲ χῶρον ἅπαντα, 228: 4 παύσατο δὲ φλόξ, 271: ‖ στῆ δ' ὀρθός, 358: ‖ στὰν δὲ μεταστοιχί, 363: ‖ πέπληγόν θ' ἱμᾶσιν, 390: ‖ δῶκε δέ οἱ μάστιγα, 442: 4 φώνησέν τε, 453: 1 φράσσατο δ' ἵππον ἀριπρεπέα προύχοντα, 456 = 271, 507: ‖ στῆ δὲ μέσῳ ἐν ἀγῶνι, 510: ‖ κλῖνε δ' ἄρα μάστιγα ποτὶ ζυγόν, 512: ‖ δῶκε δ' ἄγειν ἑτάροισιν ὑπερθύμοισι γυναῖκα, 571: $3^1/_2$ βλάψας δέ μοι ἵππους, 657 = 271, 666 = 442, 690: ‖ κόψε δὲ παπτήναντα παρήιον, 706 = 271, 745: ‖ στῆσαν δ' ἐν λιμένεσσι, 752 = 271, 757 = 358, 774: $3^1/_2$ βλάψεν γὰρ Ἀθήνη, 780: ‖ στῆ δὲ κέρας μετὰ χερσὶν ἔχων βοὸς ἀγραύλοιο, 801 = 271, 830 = 271, 840: $2^1/_2$ γέλασαν δ' ἐπὶ πάντες Ἀχαιοί[1]), 896: ‖ δῶκε δὲ Μηριόνῃ δόρυ χάλκεον.

sine augm., a voc. inc: aor. 204: 4 εἶπε δὲ μῦθον.

Ω: augm. syll.: aor. 571: 1 ἔδδεισεν δ' ὁ γέρων, 689 = 571.

augm. temp.: aor. 343: ‖ εἵλετο δὲ ῥάβδον, τῇ τ' ἀνδρῶν ὄμματα θέλγει.

sine augm., a cons. inc.: impf. 306: 4 λεῖβε δὲ οἶνον. — aor. 95: ‖ βῆ δ' ἰέναι, 121: ‖ βῆ δὲ κατ' Οὐλύμποιο καρήνων ἀίξασα, 160: $2^3/_4$ κίχεν δ' ἐνοπήν τε γόον τε, 169: ‖ στῆ δὲ παρὰ Πρίαμον Διὸς ἄγγελος, 193: 4 φώνησέν τε, 277: ‖ ζεῦξαν δ' ἡμιόνους κρατερώνυχας ἐντεσιεργούς, 286: ‖ στῆ δ' ἵππων προπάροιθεν, 347: ‖ βῆ δ' ἰέναι κούρῳ αἰσυμνητῆρι ἐοικώς, 350: ‖ στῆσαν ἄρ' ἡμιόνους τε καὶ ἵππους, ὄφρα πίοιεν, 353 = 193, 360: ‖ στῆ δὲ ταφών, 459 = 193, 623: $3^1/_2$ πεῖράν τ' ὀβελοῖσιν, 682: ‖ στῆ δ' ἄρ' ὑπὲρ κε-

---

1) Homerus non sibi finxit verbum compositum ἐπιγελάω, itaque ἐπί pro adverbio habere debemus. Eiusdem generis sunt Σ 529 et Ν 439.

φαλῆς. — plqpf. 358: 4 δείδιε δ' αἰνῶς, 703: $2^3/_4$ γέγωνέ τε πᾶν κατὰ ἄστυ.

sine augm., a voc. inc.: aor. 319: 4 εἴσατο δέ σφι | δεξιὸς ἀίξας ὑπὲρ ἄστεος.

Sequuntur o r a t i o n e s eodem modo tractandae:

Α: sine augm., a cons. inc.: aor. 162: $2^3/_4$ δόσαν δέ μοι υἷες Ἀχαιῶν.

Β: sine augm., a cons. inc.: aor. 59: ‖ στῆ δ' ἄρ' ὑπὲρ κεφαλῆς.

Δ: sine augm., a voc. inc.: aor. 315: 4 ὡς ὄφελέν τις | ἀνδρῶν ἄλλος ἔχειν.

Ε: augm. temp.: aor. 208: $3^1/_2$ ἤγειρα δὲ μᾶλλον.

sine augm., a cons. inc.: impf. 400: 4 κῆδε δὲ θυμόν, 473: ‖ φῆς που ἄτερ λαῶν πόλιν ἑξέμεν ἠδ' ἐπικούρων. — aor. 385: ‖ τλῆ μὲν Ἄρης, 392: ‖ τλῆ δ' Ἥρη, 395: ‖ τλῆ δ' Ἀίδης ἐν τοῖσι πελώριος ὠκὺν ὀιστόν.

Ζ: sine augm., a cons. inc.: impf. 168: ‖ πέμπε δέ μιν Λυκίηνδέ, 192: $2^3/_4$ δίδου δ' ὅ γε θυγατέρα ἥν, 207: ‖ πέμπε δέ μ' ἐς Τροίην. — aor. 168: $2^3/_4$ πόρεν δ' ὅ γε σήματα λυγρά, 193: ‖ δῶκε δέ οἱ τιμῆς βασιληίδος ἥμισυ πάσης.

sine augm., a voc. inc.: impf. 336: $2^1/_2$ ἔθελον δ' ἄχεϊ προτραπέσθαι.

Η: sine augm., a cons. inc.: aor. 149: ‖ δῶκε δ' Ἐρευθαλίωνι, φίλῳ θεράποντι, φορῆναι, 154: $2^1/_2$ δῶκεν δέ μοι εὖχος Ἀθήνη.

Ι: augm. syllab.: aor. 367: 1 ἅσσ' ἔλαχόν γε.

sine augm., a cons. inc.: impf. 484: ‖ ναῖον δ' ἐσχατιὴν Φθίης, Δολόπεσσιν ἀνάσσων, 575: $1^1/_2$ πέμπον δὲ θεῶν ἱερῆας ἀρίστους. — aor. 118: $2^3/_4$ δάμασσε δὲ λαὸν Ἀχαιῶν, 596: ‖ βῆ δ' ἰέναι.

sine augm., a voc. inc.: aor. 537: $2^3/_4$ ἀάσατο δὲ μέγα θυμῷ.

Κ: augm. temp.: plqpf. 394: ‖ ἠνώγει δέ μ' ἰόντα θοὴν διὰ νύκτα μέλαιναν.

Λ: sine augm., a cons. inc.: aor. 738: $2^3/_4$ κόμισσα δὲ μώνυχας ἵππους, 744: ‖ στῆν ῥα μετὰ προμάχοισιν.

sine augm., a voc. inc.: impf. 774: $2^1/_2$ ἔχε δὲ χρύσειον ἄλεισον.

Ξ: sine augm., a cons. inc.: impf. 121: 4 ναῖε δὲ δῶμα. — plqpf. 124: $2^3/_4$ κέκαστο δὲ πάντας Ἀχαιούς.

Ο: augm. syll.: aor. 15: $3^1/_2$ ἐφόβησε δὲ λαούς, 250: $2^3/_4$ ἔπαυσε δὲ θούριδος ἀλκῆς.

Narratio

Verba simplicia, quae continuo sequitur vox enclitica vel particula in indicativo temporum praeteritorum posita

	augm. syll.				aug. temp.				sine augmento a cons. inc.				sine augmento a vocali inc.			
	impf.	aor.	plqpf.	omnia	impf.	aor.	plqpf.	omnia	impf.	aor.	plqpf.	omnia	impf.	aor.	plqpf.	omnia
Α	—	2	—	2	—	—	—	—	1	7	—	8	—	—	—	—
Β	—	1	—	1	—	1	—	1	2	8	—	10	—	2	—	2
Γ	—	3	—	3	—	1	—	1	2	2	—	4	—	—	—	—
Δ	—	1	—	1	—	—	—	—	2	16	—	18	—	1	—	1
Ε	—	—	—	—	—	—	—	—	7	21	—	28	—	3	—	3
Ζ	1	—	—	1	—	—	—	—	2	3	—	5	1	—	—	1
Η	—	—	—	—	—	—	—	—	—	12	—	12	—	1	—	1
Θ	—	—	—	—	—	1	—	1	4	17	—	21	—	—	—	—
Ι	—	—	—	—	—	—	—	—	2	4	—	6	1	—	—	1
Κ	—	1	—	1	2	3	—	5	2	14	—	16	—	1	—	1
Λ	1	—	—	1	1	4	—	5	4	26	—	30	3	2	—	5
Μ	1	—	—	1	—	1	—	1	1	14	—	15	—	2	—	2
Ν	—	2	—	2	—	1	—	1	5	20	—	25	—	2	—	2
Ξ	—	—	—	—	—	1	—	1	2	12	—	14	2	2	—	4
Ο	—	1	—	1	—	2	—	2	7	17	—	24	1	1	—	2
Π	—	2	—	2	—	2	—	2	8	31	—	39	—	1	—	1
Ρ	1	1	—	2	—	1	—	1	2	24	—	26	—	2	—	2
Σ	—	—	—	—	1	—	—	1	6	9	1	16	—	3	—	3
Τ	—	—	—	—	—	—	—	—	1	5	—	6	—	1	—	1
Υ	—	2	—	2	—	—	—	—	5	8	—	13	—	—	—	—
Φ	—	1	—	1	1	—	—	1	7	12	—	19	—	1	—	1
Χ	—	—	—	—	—	—	—	—	3	11	—	14	—	—	—	—
Ψ	2	—	—	2	—	—	—	—	3	28	—	31	—	1	—	1
Ω	—	2	—	2	—	1	—	1	1	14	2	17	—	1	—	1
tota Ilias	6	19	—	25	5	19	—	24	79	335	3	417	8	27	—	35

Π: augm. syll.: impf. 61: 4 *ἤ τοι ἔφην γε.*

Ρ: augm. syll.: aor. 81: $2^3/_4$ *ἔπαυσε δὲ θούριδος ἀλκῆς.*

Σ: sine augm., a cons. inc.: impf. 326: ‖ *φῆν δέ οἱ εἰς Ὀπόεντα περικλυτὸν υἱὸν ἀπάξειν*, 452: ‖ *πέμπε δέ μιν πόλεμον δέ.*

Τ: augm. syll.: aor. 291: ‖ *ἄνδρα μέν, ᾧ ἔδοσάν με πατὴρ καὶ πότνια μήτηρ.*

sine augm., a cons. inc.: aor. 119: $3^1/_2$ *σχέθε δ' Εἰλειθυίας*, 296: $1^1/_2$ *πέρσεν δὲ πόλιν θείοιο Μύνητος.*

Υ: sine augm., a cons. inc.: aor. 92: ‖ *πέρσε δὲ Λυρνησσὸν καὶ Πήδασον.*

Φ: augm. syll.: aor. 93: $2^3/_4$ *ἐπεί ῥ' ἐπέλασσέ γε δαίμων.*

sine augm., a cons. inc.: impf. 188: ‖ *τίκτέ μ' ἀνὴρ πολλοῖσιν ἀνάσσων Μυρμιδόνεσσι.*

Χ: augm. syll.: impf. 280: 4 *ἤ τοι ἔφης γε.* — aor. 15: ‖ *ἔβλαψάς μ', ἑκάεργε, θεῶν ὀλοώτατε πάντων.*

Ψ: sine augm., a voc. inc.: aor. 107: $2^3/_4$ *εἴκτο*[1]) *δὲ θέσκελον αὐτῷ.*

Ω: augm. syll.: aor. 505: ‖ *ἔτλην δ', οἷ' οὔ πώ τις ἐπιχθόνιος βροτὸς ἄλλος.*

sine augm., a cons. inc.: aor. 60: ‖ *θρέψα τε.*

sine augm., a voc. inc.: impf. 536: $2^3/_4$ *ἄνασσε δὲ Μυρμιδόνεσσι*, 730: $^3/_4$ *ἔχες δ' ἀλόχους κεδνὰς καὶ νήπια τέκνα.*

Valet igitur, ut eodem exemplo utar quo prius, haec proportio: in narrationibus (*ἐτίθει μὲν* + *ἔθηκε μὲν* + *ἐτεθήκει μὲν* + *ὤμνυε μὲν* + *ὤμοσε μὲν* + *ὠμωμόκει μὲν*) : (*τίθει μὲν* + *θῆκε μὲν* + *τεθήκει μὲν* + *ὄμνυε μὲν* + *ὄμοσε μὲν* + *ὀμωμόκει μὲν*) = (25 + 24) : (417 + 35) = 49 : 452 = 1 : 9,2; in orationibus (*ἐτίθει μὲν* etc. + *ὤμνυε μὲν* etc.) : (*τίθει μὲν* etc. + *ὄμνυε μὲν* etc.) = (10 + 2) : (29 + 7) = 12 : 36 = 1 : 3.

Ex his, si universam proportionem multitudinis locorum consideraverimus, statim colligere possumus, formas non augmentatas multo minus crebro inveniri in orationibus quam in narrationibus, vel, ut aliter dicam, augmentum multo saepius occurrere in orationibus. Typus qui est *ἐτίθει μὲν* etc. + *ὤμνυε μὲν* etc., aequationibus inter se comparatis, numerum ter maiorem

[1]) *εἶκτο* est aoristus medii athematicus pertinens ad praesens activi *ϝιϝίσκω* = aequo; *ϝέϝικτο* = aequabat se.

Orationes

Verba simplicia, quae continuo sequitur vox enclitica vel particula in indicativo temporum praeteritorum posita

	augm. syll.				augm. temp.				sine augmento a cons. inc.				sine augmento a vocali inc.			
	impf.	aor.	plqpf.	omnia	impf.	aor.	plqpf.	omnia	impf.	aor.	plqpf.	omnia	impf.	aor.	plqpf.	omnia
Α	—	—	—	—	—	—	—	—	—	1	—	1	—	—	—	—
Β	—	—	—	—	—	—	—	—	—	1	—	1	—	—	—	—
Γ	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—
Δ	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	1	—	1
Ε	—	—	—	—	—	1	—	1	2	3	—	5	—	—	—	—
Ζ	—	—	—	—	—	—	—	—	3	2	—	5	1	—	—	1
Η	—	—	—	—	—	—	—	—	—	2	—	2	—	—	—	—
Θ	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—
Ι	—	1	—	1	—	—	—	—	2	2	—	4	—	1	—	1
Κ	—	—	—	—	—	—	1	1	—	—	—	—	—	—	—	—
Λ	—	—	—	—	—	—	—	—	—	2	—	2	1	—	—	1
Μ	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—
Ν	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—
Ξ	—	—	—	—	—	—	—	—	1	—	1	2	—	—	—	—
Ο	—	2	—	2	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—
Π	1	—	—	1	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—
Ρ	—	1	—	1	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—
Σ	—	—	—	—	—	—	—	—	2	—	—	2	—	—	—	—
Τ	—	1	—	1	—	—	—	—	—	2	—	2	—	—	—	—
Υ	—	—	—	—	—	—	—	—	—	1	—	1	—	—	—	—
Φ	—	1	—	1	—	—	—	—	1	—	—	1	—	—	—	—
Χ	1	1	—	2	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—
Ψ	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	1	—	1
Ω	—	1	—	1	—	—	—	—	—	1	—	1	2	—	—	2
tota Ilias	2	8	—	10	—	1	1	2	11	17	1	29	4	3	—	7

testimoniorum ostendit in orationibus quam idem typus in narrationibus (9,2 : 3). Probabile est hanc rem positam esse in eo quod narrationes quidem genere dicendi magis archaico sunt et multo potius propensae ad viam dictionis traditae atque usitatae ingrediendam, orationes autem sermoni cotidiano temporum quibus auctores carminum Homericorum fuerunt propius accedunt, qui sermo iam longius processerat ad illum aetatis classicae morem usurpandi augmentum ad exprimendum tempus praeteritum omnibus in indicativis imperfecti et aoristi et plusquamperfecti.

Hac quaestione res iam diutius nota denuo confirmatur. Konradus Koch, De augmento apud Homerum omisso, Brunsvici 1868, proportionem omnium formarum augmento instructarum et eo carentium, quae continentur duodecim partibus selectis Iliadis et Odysseae (*Α* 1—246, *Λ* 1—335, *Μ, Ν, Ο, Ψ, β, γ* 329—497, *ε*, *λ* 1—327, *σ, υ*), constituerat (p. 27) in narrationibus 7 : 10, in orationibus 7 : 2, vel, ut Monro in „A Grammar of the Homeric dialect“ 1891, § 69 numeros paulo varians indicat, in narrationibus 5 : 7, in orationibus 10 : 3.

Putaverit quisquam hunc rerum statum clarius exponi posse in solis vetustioribus partibus Iliadis; at videbimus numeros, inter se collatos, non mutari. Drewitt secutus vulgarem de his rebus opinionem aliis de causis natam hos libros indicat a recentioribus poetis compositos: alteram partem libri *Β* (= *Β* 484 sqq., quam partem in posterum *Β*² appellabimus), *Θ, Ι, Κ, Ψ* et *Ω*. Computemus horum librorum narrationis exempla:

	augm. syllab.	augm. temp.	sine augmento: a consona inc.	sine augmento: a vocali inc.
*Β*²	—	—	4	2
Θ	—	1	21	—
Ι	—	—	6	1
Κ	1	5	16	1
Ψ	2	—	31	1
Ω	2	1	17	1
Ilias recentior	5	7	95	6

(Praeterita ornata augmento syllabico et temporali) : (praeterita augmento orbata a consona + a vocali incipientia) = (5 + 7) : (95 + 6) = 12 : 101 = 1 : 8,4.

In orationibus Iliadis recentioris numeri hunc in modum se habent:

	augm. syllab.	augm. tempor.	sine augmento: a consona inc.	sine augmento: a vocali incip.
*B*²	—	—	—	—
Θ	—	—	—	—
I	1	—	4	1
K	—	1	—	—
Ψ	—	—	—	1
Ω	1	—	1	2
Ilias recentior	2	1	5	4

(Typus *ἐτίθει μὲν* etc. + *ὤμνυε μὲν* etc.) : (typus *τίθει μὲν* etc. + *ὄμνυε μὲν* etc.) = (2 + 1) : (5 + 4) = 3 : 9 = 1 : 3.

Qua ratione intellegi licet in Iliadis recentioribus carminibus nullam differentiam mentione dignam apparere: hae igitur res per temporis intervallum, quod est inter compositionem partium vetustiorum Iliadis et partium recentiorum, vix mutabantur.

Nunc delati sumus ad alteram commentationis nostrae partem. Meminimus Drewittium sententiae suae adminiculum petivisse ex iis verbis compositis, quae continuo sequitur vox enclitica vel particula, et ex iis, quae tmesi vocabuli enclitici vel particulae dividuntur. Quae res quomodo se habeant, nunc nobis est videndum et in partibus narrantibus et in orationibus.

Typum priorem, quem verbis *ἐπιτίθημι μὲν* etc. significabo, rara exempla porrecturum esse iam nunc suspicandum est; respondet enim exiguus numerus locorum carminum Homericorum, qui praebent particulam *δὲ* positam tertio in loco enuntiati post substantivum vel pronomen, quod a praepositione pendet: quos

locos (praeter alios) a Bekkero, Homerische Blätter, I, p. 286 in adnotatione collectos hic reddam, quatenus in Iliade inveniuntur: *O* 313 *ἀπὸ νευρῆφι δέ*, *Ω* 275 *ἐκ θαλάμου δέ*, *Π* 293 *ἐκ νηῶν δέ*, *Λ* 96 *ἐκ πάντων δέ*, *Θ* 505, 545 *ἐκ πόλιος δέ*, *Ξ* 229, *O* 69 *ἐξ Ἀθόω δέ*, *Θ* 492, *Ω* 459 *ἐξ ἵππων δ'*; *B* 194 *ἐν βουλῇ δέ*, *P* 607 *ἐν καυλῷ δέ*, *Ψ* 254 *ἐν κλισίῃσι δέ*, *Ψ* 338 *ἐν νύσσῃ δέ*; *A* 461, *B* 424 *ἐπ' αὐτῶν δέ*, *B* 808 *ἐπὶ τεύχεα δέ*; *Λ* 273, *N* 677 *ἐς δίφρον δέ*, *Λ* 514 *ἐς νῆας δέ*, *N* 7 *ἐς Τροίην δέ*; *K* 474 *παρ' αὐτῷ δέ*; *N* 497 *περὶ στήθεσσι δέ*; *K* 430 *πρὸς Θύμβρης δέ*; *Ω* 274 *ὑπὸ γλωχῖνα δέ*, *Λ* 151 *ὑπὸ σφίσι δέ*.

Praemitto breviter, me locutionem *πάρα γάρ* (= *πάρεστι γάρ*) simm. ideo collectioni non inseruisse, quod *πάρα* idem est atque adverbium *παρά*, a quo nulla re nisi accentu differt (non ortum est *πάρα* ex *πάρεστι*).

Incipiamus igitur: exstant in narrationibus Iliadis in

A 459: ‖ *αὐέρυσαν*[1]) *μὲν πρῶτα*.

B 86: $2^3/_4$ *ἐπεσσεύοντο δὲ λαοί*, 398: ‖ *ἀνστάντες δ' ὀρέοντο κεδασθέντες κατὰ νῆας*, 422 = *A* 459, 485: $2^3/_4$ *πάρεστέ τε*.

Γ 348: $2^3/_4$ *ἀνεγνάμφθη δέ οἱ αἰχμή*.

Δ 154: $2^3/_4$ *ἐπεστενάχοντο δ' ἑταῖροι*, 426: $2^3/_4$ *ἀποπτύει δ' ἁλὸς ἄχνην*, 532: $2^3/_4$ *περίστησαν γὰρ ἑταῖροι*.

E 295: $2^3/_4$ *παρέτρεσσαν δέ οἱ ἵπποι*, 856: $2^1/_2$ *ἐπέρεισε δὲ Παλλὰς Ἀθήνη*.

Z 311: $2^1/_2$ *ἀνένευε δὲ Παλλὰς Ἀθήνη*.

H 259 = *Γ* 348, 267: $2^1/_2$ *περιήχησεν δ' ἄρα χαλκός*, 269: $2^1/_2$ *ἐπέρεισε δὲ ἶν' ἀπέλεθρον*.

Θ 122: $2^1/_2$ *ὑπερώησαν δέ οἱ ἵπποι*, 311: $2^3/_4$ *παρέσφηλεν γὰρ Ἀπόλλων*, 314 = 122, 392: ‖ *Ἥρη δὲ μάστιγι θοῶς ἐπεμαίετ' ἄρ' ἵππους*.

K 529: $3^1/_2$ *ἐπεβήσετο δ' ἵππων*.

N 175: $2^3/_4$ *μετέπρεπε δὲ Τρώεσσιν*, 366: $2^3/_4$ *ὑπέσχετο δὲ μέγα ἔργον*, 608: $2^3/_4$ *κατεκλάσθη δ' ἐνὶ καυλῷ*, 722: $2^3/_4$ *συνεκλόνεον γὰρ ὀϊστοί*.

Ξ 497: $2^3/_4$ *ἀπήραξεν δὲ χαμᾶζε* | *αὐτῇ σὺν πήληκι κάρη*.

---

[1]) *αὐερύειν* <**αὐϜερύειν* <**ἀϜϜερύειν* <**ἀν-Ϝερύειν* retro trahere (Guil. Schulze, Quaestiones epicae, p. 56 sqq.).

O 452 = Θ 122, 464: $2^3/_4$ παρεπλάγχθη δέ οἱ ἄλλῃ, 550 = N 175, 581: $3^1/_2$ ὑπέλυσε δὲ γυῖα.

Π 163: $2^3/_4$ περιστένεται δέ τε γαστήρ, 341: $^3/_4$ παρηέρθη δὲ κάρη, ὑπέλυντο δὲ γυῖα, 348: $2^3/_4$ ἐνέπλησθεν δέ οἱ ἄμφω | αἵματος ὀφθαλμοί.

P 44 = Γ 348, 373: $2^1/_2$ μεταπαυόμενοι δὲ μάχοντο, 545: $2^3/_4$ προῆκε γὰρ εὐρύοπα Ζεύς.

T 280: $3^1/_2$ κάθισαν δὲ γυναῖκας, 382: $2^3/_4$ περισσείοντο δ' ἔθειραι.

Y 80: $2^3/_4$ ἐνῆκε δέ οἱ μένος ἠΰ.

Φ 244: $2^3/_4$ ἐπέσχε δὲ καλὰ ῥέεθρα, 537: 1 οἱ δ' ἄνεσάν τε πύλας.

Ψ 540: $2^3/_4$ ἐπῄνησαν γὰρ Ἀχαιοί, 726 = O 581, 848: || ἀνστάντες δ' ἕταροι Πολυποίταο κρατεροῖο.

Ω 79: $2^3/_4$ ἐπεστονάχησε δὲ λίμνη.

Priusquam adeamus ad exempla typi ἐπὶ μὲν τίθημι + τίθημι μὲν ἐπὶ etc. congerenda, fusius disserere opus est de instituenda hac collectione.

Praemittendum est numquam cum verbis componi praepositiones quasdam, in quorum numero sunt ἅμα, ἄντα, ἄγχι, διαμπερές, διαπρό, ἑκάς, ἰθύς, ὄπισθε, πάλιν, πάροιθε, πρόσθε. Spurias appellare possumus has praepositiones huc omnino non spectantes.

Quod attinet ad veras praepositiones, quas praeverbia vocamus, caute ac prudenter processuri tenere debemus, tum tantum de compositione agi, cum verbum vere compositum reapse de Homero approbatur; quod nisi fieri potest, praepositionem tamquam adverbium agnoscere cogimur. Eo quod idem verbum simplex invenitur cum alia praepositione compositum et simili significatione praeditum, nos non moveri licet, ut verbum aliquod pro composito habeamus: exempli gratia compositum quod est εἰςτίθημι non obvenit in Homeri carminibus, quamquam plus semel reperias ἐντίθημι. Neque magis eo quod exstat aliud verbum simplex cum eadem praepositione compositum et simili vi ornatum, ullum momentum afferri potest ad statuendum verbum compositum: quamvis Homerus praebeat vocem κατεσθίω, in B 317: || αὐτὰρ ἐπεὶ κατὰ τέκνα φάγε στρουθοῖο καὶ αὐτὴν compositionem κατέφαγε repudiamus. — Hoffmann

in „Homerische Untersuchungen" et Ameis-Hentze in commentario Iliadis interdum verbum compositum ab Homero non usurpatum statuerunt ideo, quod verbum simplex perraro invenitur itaque secundum illorum virorum sententiam non asseverari potest, verbum compositum a poeta formari non potuisse. Ex. gr. Y 470: || ἐκ δέ οἱ ἧπαρ ὄλισθεν: ἐξόλισθε non est Homericum, verbum simplex ὄλισθε praeter hunc locum semel exstat Ψ 774. Similiter res se habet Φ 361: $2^1/_2$ ἀνὰ δ' ἔφλυε καλὰ ῥέεθρα (unicus locus), X 467: $2^1/_2$ ἀπὸ δὲ ψυχὴν ἐκάπυσσεν, Ω 420: $2^1/_2$ σὺν δ' ἕλκεα πάντα μέμυκεν et alias. Qua de re decessi ab illis viris doctissimis nec recepi locos citatos et similes, quod res in ambiguo haeret.

Porro si sensus verborum et regulae artis grammaticae et consuetudo sermonis Homerici nobis permittunt, ut putemus casum aliquem a praepositione suspensum esse, existimandum est casum revera de praepositione pendere; si tmesin his locis assumere vis, causas peculiares afferre debes. Genuinae enim illae praepositiones non longius a casu suo abesse possunt: separantur ab eo plerumque particulis aut encliticis pronominibus personalibus aut particulis una cum encliticis pronominibus personalibus aut genetivis attributivis. Versus qualis ξ 342: || ἀμφὶ δέ με ῥάκος ἄλλο κακὸν βάλον ἠδὲ χιτῶνα non ad hanc collectionem pertinent, quia optime interpretari possumus pronomen με tamquam ab ἀμφὶ pendens. Item res se habet Δ 375: $2^1/_2$ περὶ δ' ἄλλων φασὶ γενέσθαι, qui locus ita explicandus est, ut ἄλλων arctius se coniungat cum περί. Et in M 396, N 181, Ξ 420: 1 ἀμφὶ δέ οἱ βράχε τεύχεα ποικίλα χαλκῷ, N 544: 1 ἀμφὶ δέ οἱ θάνατος χύτο θυμοραϊστής animum inducere non poteram, ut Ameis-Hentze sequerer, qui ἀμφὶ putant esse adverbium purum et οἱ dativum ethicum; contra ego duco voculam οἱ pendere de praepositione ἀμφὶ ideoque hos locos huc non esse revocandos (cf. Π 414 = 580: 1 ἀμφὶ δέ μιν θάνατος χύτο θυμοραϊστής). — Formulam quae est: || ἔν τ' ἄρα οἱ φῦ χειρί (Z 253, 406, Ξ 232, Σ 384, 432, T 7) reieci ratus voculam οἱ optime ad ἐν revocari et χειρί haberi pro dativo aut instrumentali, sicut interpretatur Ameis-Hentze (vide notam ad ω 410: $2^3/_4$ καὶ ἐν χείρεσσι φύοντο), aut locativo ita ut sumamus οἱ . . . χειρὶ tamquam figuram quae vocatur σχῆμα καθ' ὅλον καὶ μέρος.

Attamen de tmesi agitur, si alia vocum genera atque illa quae commemoravi intercedunt inter praepositionem et casum. Tmesis igitur exstat primum (1). si verbum sequitur quidem praepositionem, sed antecedit casum, e. g. *Δ* 529/30: $3^{1}/_{2}$ *ἐκ δ' ὄβριμον ἔγχος | ἐσπάσατο στέρνοιο.* Contra e. g. in *δ* 452: || *ἐν δ' ἡμέας πρώτους λέγε κήτεσιν* tmesin statui non licet. sed potius *ἐν* est plenum adverbium. cum verbum compositum *ἐλλέγω* non modo non Homericum, sed ne graecum quidem est. Deinde (2). si praepositio subsequitur verbum. at non continuo praecedit casum, e. g. *δ* 198: $2^{1}/_{2}$ *βαλέειν δ' ἀπὸ δάκρυ παρειῶν.* Tum (3). si vocum genera hoc modo inter se excipiunt: praepositio — casus — verbum, et quidem ita ut inter praepositionem et casum una pluresve voces exstent, quarum una tantum esse potest enclitica vel particula, e. g. in *Υ* 150: || *ἀμφὶ δ' ἄρ' ἄρρηκτον νεφέλην ὤμοισιν ἕσαντο* conecto praeverbium *ἀμφὶ* cum *ἕσαντο*: nam facile poeta dicere potuit: || *ἀμφὶ δ' ἄρ' ὤμοισιν νεφέλην ἄρρηκτον ἕσαντο,* nisi tmesin statuere voluisset. Denique (4), si hic est ordo partium orationis: casus — praepositio — verbum. ita ut casus et praepositio segregentur aliis vocibus atque particulis vel encliticis pronominibus personalibus, e. g. in *Φ* 112: || *ὁππότε τις καὶ ἐμεῖο Ἄρει ἐκ θυμὸν ἕληται* coniungendum est *ἐκ* tamquam praeverbium cum *ἕληται.* Immo haec species locorum non est huius disputationis partis, quod praeverbium et verbum simplex non seiunguntur particula vel voce enclitica. Si nil nisi encliticum pronomen personale vel particula separat casum et praepositionem. anastrophe praepositionis potest statui. de certa verbi compositione cogitandum non est; ita res se habet *Η* 73: || *ὑμῖν δ' ἐν γὰρ ἔασιν ἀριστῆες Παναχαιῶν*; antiqui ipsi interpretantes distrahebantur in contrarias sententias (cf. scholia). Sine ulla autem dubitatione locos qualis *Ε* 739: 1 *ἣν πέρι μὲν πάντη φόβος ἐστεφάνωται* non huc referimus, nam hic cogimur anastrophen statuere particula *μὲν* tertio enuntiati loco posita; unde sequitur, ut de verbo composito sermo esse non possit. Eodem modo iudicandum est de *Σ* 419: || *τῆς ἐν μὲν νόος ἐστί* et *ρ* 258: || *τῷ πάρα μὲν κρειῶν μοῖραν θέσαν οἳ πονέοντο.* — Locus qui est *Ε* 292: || *τοῦ δ' ἀπὸ μὲν γλῶσσαν πρυμνὴν τάμε χαλκὸς ἀτειρής* in numero exemplorum tmeseos ponendus non est; nam *τοῦ* pendere potest de

ἀπό: aere prior pars linguae desecatur et a linguae radice separatur (*ἀπό*!). *Ἀπὸ* una cum *τάμε* efficere verbum compositum, quod idem sit ac „persecare", demonstrari non potest. Certo autem id dicere possumus de *Γ* 292: || *ἦ καὶ ἀπὸ στομάχους ἀρνῶν τάμε νηλέι χαλκῷ* et *Τ* 266: || *ἦ καὶ ἀπὸ στόμαχον κάπρου τάμε νηλέι χαλκῷ,* cum non id agatur, ut gula e collo exsecetur, sed persecatur tantum gula, ideo ut sanguis hostiae ab immolantibus excipi possit.

Ceterum quidam sunt loci, in quibus aliis rationibus moti pervenimus ad agnoscendum verbum compositum tmesi divisum: sensus et constructio interdum nobis monstrant. verbum simplex una cum adverbio explicanti non sufficere. *ὑπό τ' ἔσχετο* „promisit" in *Ν* 368 et *ἀπὸ δ' ἵκετο* „advenit" in *μ* 2 non aliter atque tmesi expedire potes, si omnino hos locos intellegere vis. — Quod attinet ad locum *Ε* 566: $2^{1}/_{2}$ *περὶ γὰρ δίε ποιμένι λαῶν,* *Ι* 433 = *Λ* 557: $2^{1}/_{2}$ *περὶ γὰρ δίε νηυσὶν Ἀχαιῶν,* *Ρ* 666: $2^{1}/_{2}$ *περὶ γὰρ δίε, μή μιν Ἀχαιοὶ | ἀργαλέου πρὸ φόβοιο ἕλωρ δηίοισι λίποιεν,* hoc monendum est: Nullorum aliorum testium ratione habita in locis modo citatis vocem *περὶ* ut adverbium interpretari possumus idem valens ac „supra modum", „vehementer"; dativi illorum locorum quasi dativi ethici sunt explicandi. Cum vero verba simplicia *δίω* et *δείδω* numquam inveniantur coniuncta cum dativo personae solo, sed semper una cum *περὶ* eodem versu contineantur, adducti sumus, ut existimemus aliquam rationem esse inter *περὶ* et dativos illos, id est: dativos a *περὶ* suspensos esse. Hac a sententia profecti e locis qui sunt *Ο* 123 *περιδείσασα θεοῖσιν* et *Φ* 328 *περιδείσασ' Ἀχιλῆι* collegimus exstare verbum compositum *περιδείδω.* Tum autem compositio verbi *περιδίω* quoque accipienda est, quamquam loci desunt, qui compositum ipsum nobis sub oculis ponant. Versantur igitur versus supra citati in hac collectione.

Denique de paucis locis breviter agendum est, qui poscunt explicationem peculiarem. In *Τ* 363: $2^{1}/_{2}$ *ὑπὸ δὲ κτύπος ὤρνυτο ποσσὶν | ἀνδρῶν,* cum verbum compositum *ὑπόρνυμι* sit Homericae linguae (*ω* 62: $1^{1}/_{2}$ *τοῖον γὰρ ὑπώρορε μοῦσα λίγεια*), tmesin agnosci posse certe concedendum est; quin etiam cogimur tmesin statuere in locutione *ὑφ' ἵμερον ὦρσε γόοιο* (*Ψ* 108. 153. *Ω* 507). Illo autem loco vis vocalis vocis *ὑπὸ* clarius

apparet quam ut adverbium abnuere possimus: enuntiatis praecedentibus altitudinis et latitudinis dimensiones significantur (362: ‖ *αἴγλη δ' οὐρανὸν ἷκε, γέλασσε δὲ πᾶσα περὶ χθὼν | χαλκοῦ ὑπὸ στεροπῆς*), et quidem latitudo exprimitur adverbio. Inde sequitur vocem *ὑπὸ* oppositam regionibus antea allatis eodem modo tamquam adverbium sumendam esse.

In *Ψ* 709: ‖ *ἂν δ' Ὀδυσεὺς πολύμητις ἀνίστατο, κέρδεα εἰδώς* praeverbium *ἀν-* verbi compositi *ἀνίστατο* nihil repraesentat nisi repetitionem prioris vocis *ἂν* enuntiatum inaugurantis. quam vocem, nisi esset repetita, in initio versus tmesi disiunctam esse sumere liceret. Quae cum ita sint, puto nos] vocem illam optime pro adverbio habere.

Praeterea per se intellegitur locos quales *I* 53: $1\frac{1}{2}$ *περὶ μὲν (πολέμῳ ἔνι) κρατερός ἐσσι* vel *ϑ* 281: $2\frac{1}{2}$ *περὶ γὰρ δολόεντα τέτυκτο* abiectos esse, quoniam *περὶ* non cum verbo coniungendum est, sed adiectivi *κρατερὸς* vel *δολόεντα* vim auget.

Locativis qui sunt *παραὶ* et *ὑπαὶ* utitur quidem Homerus tamquam praepositionibus ante casum ab eis pendentem, e. g. *B* 824: ‖ *οἳ δὲ Ζέλειαν ἔναιον ὑπαὶ πόδα νείατον Ἴδης*, *Γ* 359: ‖ *ἀντικρὺς δὲ παραὶ λαπάρην διάμησε χιτῶνα | ἔγχος.* At non ex hac re cum Hoffmanno, Homerische Untersuchungen, § 22, 9 conici licet, *παραὶ* et *ὑπαὶ* cum verbis ipsis quoque componi posse, nam coniungentes praeverbium cum verbo simplici ad formandum verbum compositum egredimur usum praepositionalem et praecipimus sermonis progressum. Itaque in *A* 233 et *N* 605 non tmesin, sed usum adverbialem statuo.

Nunc tandem ad collectionem testimoniorum typi *ἐπὶ μὲν τίθημι* + *τίθημι μὲν ἐπὶ* etc. ipsam accedam, quatenus narrationibus continentur.

A 48: $3\frac{1}{2}$ *μετὰ δ' ἰὸν ἕηκε*, 68: ‖ *ἦ τοι ὅ γ' ὣς εἰπὼν κατ' ἄρ' ἕζετο*, 101 = 68, 195: $1\frac{1}{2}$ *πρὸ γὰρ ἧκε θεά, λευκώλενος Ἥρη*, 199: $2\frac{1}{2}$ *μετὰ δ' ἐτράπετ'*, 245: $2\frac{1}{2}$ *ποτὶ δὲ σκῆπτρον βάλε γαίῃ*, 309/11: ‖ *ἐν δ' ἐρέτας ἔκρινεν*[1]) *ἐείκοσιν, ἐς δ' ἑκατόμβην | βῆσε θεῷ, ἀνὰ δὲ Χρυσηίδα καλλιπάρῃον | εἷσεν ἄγων· ἐν δ' ἀρχὸς ἔβη πολύμητις Ὀδυσσεύς*, 346: ‖ *ἐκ δ' ἄγαγε κλισίης Βρισηίδα καλλιπάρῃον*, 436/9: ‖ *ἐκ δ' εὐνὰς ἔβαλον, κατὰ δὲ πρυμνήσι' ἔδησαν· | ἐκ δὲ καὶ αὐτοὶ βαῖνον ἐπὶ ῥηγμῖνι θαλάσσης, | ἐκ δ' ἑκατόμβην βῆσαν ἑκηβόλῳ Ἀπόλλωνι, | ἐκ δὲ Χρυσηὶς νηὸς βῆ ποντοπόροιο*, 462/3: $3\frac{1}{2}$ *ἐπὶ δ' αἴθοπα οἶνον | λεῖβε*, 480/2: $2\frac{1}{2}$ *ἀνά θ' ἱστία λευκὰ πέτασσαν· | ἐν δ' ἄνεμος πρῆσεν μέσον ἱστίον, ἀμφὶ δὲ κῦμα | στείρῃ πορφύρεον μεγάλ' ἴαχε νηὸς ἰούσης.*

B 19: $2\frac{1}{2}$ *περὶ δ' ἀμβρόσιος κέχυθ' ὕπνος*, 43: $2\frac{1}{2}$ *περὶ δὲ μέγα βάλλετο φᾶρος*, 76: ‖ *ἦ τοι ὅ γ' ὣς εἰπὼν κατ' ἄρ' ἕζετο*, 95: $2\frac{1}{2}$ *ὑπὸ δὲ στεναχίζετο γαῖα*, 100/1: $2\frac{1}{2}$ *ἀνὰ δὲ κρείων Ἀγαμέμνων ἔστη*, 183: $1\frac{1}{2}$ *ἀπὸ δὲ χλαῖναν βάλε* (verbum compositum ipsum quidem apud Homerum deest, sed bis invenitur adiectivum verbale *ἀπόβλητος*), 278/9: $2\frac{1}{2}$ *ἀνὰ δ' ὁ πτολίπορθος Ὀδυσσεὺς | ἔστη σκῆπτρον ἔχων*, 451: $2\frac{1}{2}$ *ἐν δὲ σθένος ὦρσεν ἑκάστῳ*, 549: ‖ *κὰδ δ' ἐν Ἀθήνῃς εἷσεν ἑῷ ἐν πίονι νηῷ*, 578: $1\frac{1}{2}$ *ἐν δ' αὐτὸς ἐδύσετο νώροπα χαλκόν*, 692: ‖ *κὰδ δε Μύνητ' ἔβαλεν καὶ Ἐπίστροφον ἐγχεσιμώρους*, 809: $3\frac{1}{2}$ *ἐκ δ' ἔσσυτο λαός.*

Γ 113: 4 *ἐκ δ' ἔβαν αὐτοί*, 261: ‖ *ἂν δ' ἄρ' ἔβη Πρίαμος*, 294: $2\frac{1}{2}$ *ἀπὸ γὰρ μένος εἵλετο χαλκός*, 311: ‖ *ἂν δ' ἄρ' ἔβαιν' αὐτός*, 382: ‖ *κὰδ δ' εἷσ' ἐν θαλάμῳ εὐώδεϊ κηώεντι*, 384: $2\frac{1}{2}$ *περὶ δὲ Τρῳαὶ ἅλις ἦσαν*, 461: $2\frac{1}{2}$ *ἐπὶ δ' ᾔνεον ἄλλοι Ἀχαιοί.*

Δ 116: ‖ *ἐκ δ' ἕλετ' ἰόν*, 134: ‖ *ἐν δ' ἔπεσε ζωστῆρι ἀρηρότι πικρὸς ὀιστός*, 330/1: ‖ *πὰρ δὲ Κεφαλλήνων ἀμφὶ στίχες οὐκ ἀλαπαδναὶ | ἕστασαν*, 447: ‖ *σύν ῥ' ἔβαλον ῥινούς, σὺν δ' ἔγχεα καὶ μένε' ἀνδρῶν*, 505: ‖ *χώρησαν δ' ὑπό τε πρόμαχοι καὶ φαίδιμος Ἕκτωρ*, 525/6: 4 *ἐκ δ' ἄρα πᾶσαι | χύντο χαμαὶ χολάδες*, 529/30: $3\frac{1}{2}$ *ἐκ δ' ὄβριμον ἔγχος | ἐσπάσατο στέρνοιο*, 531: $3\frac{1}{2}$ *ἐκ δ' αἴνυτο θυμόν.*

E 99: $2\frac{1}{2}$ *διὰ δ' ἔπτατο πικρὸς ὀιστός*, 112: ‖ *πὰρ δὲ στάς*, 308: ‖ *ὦσε δ' ἀπὸ ῥινὸν τρηχὺς λίθος*, 310: 1 *ἀμφὶ δὲ ὄσσε κελαινὴ νὺξ ἐκάλυψε*, 369: $2\frac{1}{2}$ *παρὰ δ' ἀμβρόσιον βάλεν εἶδαρ*, 505: $2\frac{1}{2}$ *ὑπὸ δ' ἔστρεφον ἡνιοχῆες*, 506/7: 4 *ἀμφὶ δὲ νύκτα | θοῦρος Ἄρης ἐκάλυψε μάχῃ Τρώεσσιν ἀρήγων*, 566: $2\frac{1}{2}$ *περὶ γὰρ δίε ποιμένι λαῶν*, 599: $3\frac{1}{2}$ *ἀνά τ' ἔδραμ' ὀπίσσω*, 730/1: 4 *ἐν δὲ λέπαδνα | κάλ' ἔβαλε χρύσει'*, 776: $2\frac{1}{2}$ *περὶ δ' ἠέρα πουλὺν ἔχευε*, 798: ‖ *ἂν δ' ἴσχων τελαμῶνα κελαινεφές*, 859: ‖ *ἐκ δὲ δόρυ σπάσεν αὖτις.*

[1]) Verba composita *ἐγκρίνω* et *ἐναγείρω* *A* 142 (in numero exemplorum orationis) non praesto sunt apud Homerum, at hic non possumus facere, quin sumamus compositionem propter significationem concisam, quae aequat *ἐμβησομένους ἔκρινεν* et *ἐμβησομένους ἀγείρομεν*.

Z 471: ‖ ἐκ δ' ἐγέλασσε πατήρ τε φίλος καὶ πότνια μήτηρ.

H 57/9: ‖ κὰδ δ' Ἀγαμέμνων εἷσεν ἐυκνήμιδας Ἀχαιούς. | κὰδ δ' ἄρ' Ἀθηναίη τε καὶ ἀργυρότοξος Ἀπόλλων | ἑζέσθην, ὄρνισιν ἐοικότες αἰγυπιοῖσι, 176: ‖ ἐν δ' ἔβαλον κυνέῃ Ἀγαμέμνονος Ἀτρείδαο, 182: ‖ ἐκ δ' ἔθορε κλῆρος κυνέης, ὃν ἄρ' ἤθελον αὐτοί, 316: 1 ἀμφί θ' ἕπον, 354: ‖ ἤ τοι ὅ γ' ὣς εἰπὼν κατ' ἄρ' ἕζετο, 365 = 354, 429: ‖ ἐν δὲ πυρὶ πρήσαντες, 432 = 429, 441: $2^1/_2$ ἐν δὲ σκόλοπας κατέπηξαν [1]).

Θ 50: $2^1/_2$ κατὰ δ' ἠέρα πουλὺν ἔχευεν, 58: $3^1/_2$ ἐκ δ' ἔσσυτο λαός, 61: ‖ σύν ῥ' ἔβαλον ῥινούς, σὺν δ' ἔγχεα καὶ μένε' ἀνδρῶν, 70: ‖ ἐν δ' ἐτίθει δύο κῆρε τανηλεγέος θανάτοιο, 134: ‖ κὰδ δὲ πρόσθ' ἵππων Διομήδεος ἧκε χαμᾶζε, 158/9: $2^1/_2$ ἐπὶ δὲ Τρῶές τε καὶ Ἕκτωρ | ἠχῇ θεσπεσίῃ βέλεα στονόεντα χέοντο, 485: ‖ ἐν δ' ἔπεσ' Ὠκεανῷ λαμπρὸν φάος ἠελίοιο, 557: ἔκ τ' ἔφανεν πᾶσαι σκοπιαὶ καὶ πρώονες ἄκροι.

I 13/4: 4 ἂν δ' Ἀγαμέμνων | ἵστατο δάκρυ χέων, ὥς τε κρήνη μελάνυδρος, 80: ‖ ἐκ δὲ φυλακτῆρες σὺν τεύχεσιν ἐσσεύοντο, 187: $2^1/_2$ ἐπὶ δ' ἀργύρεον ζυγὸν ἦεν, 207: ‖ ἐν δ' ἄρα νῶτον ἔθηκ' ὄιος καὶ πίονος αἰγός, 433: $2^1/_2$ περὶ γὰρ δίε νηυσὶν Ἀχαιῶν, 671: 4 ἔκ τ' ἐρέοντο.

K 23: ‖ ἀμφὶ δ' ἔπειτα δαφοινὸν ἑέσσατο δέρμα λέοντος, 75: $2^1/_2$ παρὰ δ' ἔντεα ποικίλ' ἔκειτο, 77: ‖ πὰρ δὲ ζωστὴρ κεῖτο παναίολος, 140: ‖ ἐκ δ' ἦλθε κλισίης, 155: $^1/_2$ ὑπὸ δ' ἔστρωτο ῥινὸν βοὸς ἀγραύλοιο, 186: $2^1/_2$ ἀπό τέ σφισιν ὕπνος ὄλωλεν, 257: 1 ἀμφὶ δέ οἱ κυνέην κεφαλῆφιν ἔθηκεν, 273: $1^1/_2$ λιπέτην δὲ κατ' αὐτόθι πάντας ἀρίστους, 456: $2^1/_2$ ἀπὸ δ' ἄμφω κέρσε τένοντε, 499: ‖ σὺν δ' ἤειρεν ἱμᾶσι.

Λ 16: $1^1/_2$ ἐν δ' αὐτὸς ἐδύσετο νώροπα χαλκόν, 32: ‖ ἂν δ' ἕλετ' ἀμφιβρότην πολυδαίδαλον ἀσπίδα θοῦριν, 52/3: 4 ἐν δὲ κυδοιμὸν | ὦρσε κακὸν Κρονίδης, κατὰ δ' ὑψόθεν ἧκεν ἐέρσας, 91/2: 4 ἐν δ' Ἀγαμέμνων | πρῶτος ὄρουσ', 109: 4 ἐκ δ' ἔβαλ' ἵππων, 146: $3^1/_2$ ἀπό τ' αὐχένα κόψας, 216/7 = 91/2, 235: $^1/_2$ ἐπὶ δ' αὐτὸς ἔρεισε, βαρείῃ χειρὶ πιθήσας, 297: ‖ ἐν δ' ἔπεσ' ὑσμίνῃ ὑπεραέι ἶσος ἀέλλῃ, 356: ‖ ἀμφὶ δὲ ὄσσε κελαινὴ νὺξ ἐκάλυψεν, 480: $2^1/_2$ ἐπί τε λῖν ἤγαγε δαίμων, 512/3: 4 πὰρ δὲ Μαχάων | βαινέτω,

---

[1]) cf. ἐγκατέπηξ(α) λ 98.

517/8: 4 πὰρ δὲ Μαχάων | βαῖν', Ἀσκληπιοῦ υἱὸς ἀμύμονος ἰητῆρος, 538/9: 4 ἐν δὲ κυδοιμὸν | ἧκε κακὸν Δαναοῖσι, 557: $2^1/_2$ περὶ γὰρ δίε νηυσὶν Ἀχαιῶν, 646: ‖ ἐς δ' ἄγε χειρὸς ἑλών, 811: $2^1/_2$ κατὰ δὲ νότιος ῥέεν ἱδρὼς | ὤμων καὶ κεφαλῆς, 846: $2^1/_2$ ἐπὶ δὲ ῥίζαν βάλε πικρήν.

M 13: ‖ αὐτὰρ ἐπεὶ κατὰ μὲν Τρώων θάνον ὅσσοι ἄριστοι, 28: 1 ἐκ δ' ἄρα πάντα θεμείλια κύμασι πέμπε, 181: ‖ σὺν δ' ἔβαλον Λαπίθαι πόλεμον καὶ δηιοτῆτα, 252/3: $2^1/_2$ ἐπὶ δὲ Ζεὺς τερπικέραυνος | ὦρσεν ἀπ' Ἰδαίων ὀρέων ἀνέμοιο θύελλαν, 335: ‖ ἐς δ' ἐνόησ' Αἴαντε δύω, πολέμου ἀκορήτω, 377: ‖ σὺν δ' ἐβάλοντο μάχεσθαι ἐναντίον, 395: $^1/_2$ ἐκ δ' ἔσπασεν ἔγχος, 459: ‖ ῥῆξε δ' ἀπ' ἀμφοτέρους θαιρούς.

N 35: $2^1/_2$ παρὰ δ' ἀμβρόσιον βάλεν εἶδαρ, 178: $^1/_2$ ἐκ δ' ἔσπασεν ἔγχος, 368: ‖ τῷ δ' ὁ γέρων Πρίαμος ὑπό τ' ἔσχετο 394: ‖ ἐκ δέ οἱ ἡνίοχος πλήγη φρένας, ἃς πάρος εἶχεν, 507/8: $3^1/_2$ διὰ δ' ἔντερα χαλκὸς | ἤφυσ', 539: $1^1/_2$ κατὰ δ' αἷμα νεουτάτου ἔρρεε χειρός, 546: $2^1/_2$ ἀπὸ δε φλέβα πᾶσαν ἔκερσεν, 577: $2^1/_2$ ἀπὸ δὲ τρυφάλειαν ἄραξεν, 587: $2^1/_2$ ἀπὸ δ' ἔπτατο πικρὸς ὀιστός 653: ‖ ἑζόμενος δὲ κατ' αὖθι, 678: $2^1/_2$ πρὸς δὲ σθένει αὐτὸς ἄμυνεν, 822: $2^1/_2$ ἐπὶ δ' ἴαχε λαὸς Ἀχαιῶν, 834: $2^1/_2$ ἐπὶ δ' ἴαχε λαὸς ὄπισθεν.

Ξ 178: ‖ ἀμφὶ δ' ἄρ' ἀμβρόσιον ἑανὸν ἕσαθ', 182: ‖ ἐν δ' ἄρα ἕρματα ἧκεν ἐυτρήτοισι λοβοῖσι, 240: $2^1/_2$ ὑπὸ δὲ θρῆνυν ποσὶν ἥσει, 350: $2^1/_2$ ἐπὶ δὲ νεφέλην ἕσσαντο, 413: $3^1/_2$ περὶ δ' ἔδραμε πάντῃ, 435/6: 4 κὰδ δέ οἱ ὕδωρ | χεῦαν, 466: $2^1/_2$ ἀπὸ δ' ἄμφω κέρσε τένοντε, 517: $2^1/_2$ διὰ δ' ἔντερα χαλκὸς ἄφυσσε.

O 326/7: 4 ἐν γὰρ Ἀπόλλων | ἧκε φόβον, 537: ‖ ῥῆξε δ' ἀφ' ἵππειον λόφον αὐτοῦ, 573: ‖ ἐκ δ' ἔθορε προμάχων, 589/90: $2^1/_2$ ἐπὶ δὲ Τρῶές τε καὶ Ἕκτωρ | ἠχῇ θεσπεσίῃ βέλεα στονόεντα χέοντο, 624: ‖ ἐν δ' ἔπεσ', 653: $3^1/_2$ περὶ δ' ἔσχεθον ἄκραι | πῆες.

Π 109/10: 4 κὰδ δέ οἱ ἱδρὼς | πάντοθεν ἐκ μελέων πολὺς ἔρρεεν, 276: ‖ ἐν δ' ἔπεσον Τρώεσσιν ἀολλέες, 291: 1 ἐν γὰρ Πάτροκλος φόβον ἧκεν ἅπασιν, 293: $2^1/_2$ κατὰ δ' ἔσβεσεν αἰθόμενον πῦρ, 299: ‖ ἔκ τ' ἔφανεν πᾶσαι σκοπιαὶ καὶ πρώονες ἄκροι, 324: $2^1/_2$ ἀπὸ δ' ὀστέον ἄχρις ἄραξε, 388: ‖ ἐκ δὲ δίκην ἐλάσωσι, θεῶν ὄπιν οὐκ ἀλέγοντες, 399/400: 4 ἐν γὰρ Ἀθήνη | ἵπποις ἧκε μένος, 403: $1^1/_2$ ἐκ γὰρ πλήγη φρένας, 405: $2^1/_2$ διὰ δ' αὐτοῦ πεῖρεν

ὀδόντων[1]), 469: ‖ κὰδ δ᾽ ἔπεσ᾽ ἐν κονίῃσι μακών, ἀπὸ δ᾽ ἔπτατο θυμός, 587/8: $2^{1}/_{2}$ ῥῆξεν δ᾽ ἀπὸ τοῖο τένοντας[2]). | χώρησαν δ᾽ ὑπό τε πρόμαχοι καὶ φαίδιμος Ἕκτωρ, 729/30: $2^{1}/_{2}$ ἐν δὲ κλόνον Ἀργείοισιν | ἧκε κακόν, 781: ‖ ἐκ μὲν Κεβριόνην βελέων ἥρωα ἔρυσσαν, 805: $2^{3}/_{4}$ λύθεν δ᾽ ὑπὸ φαίδιμα γυῖα.

P 48: $^{1}/_{2}$ ἐπὶ δ᾽ αὐτὸς ἔρεισε, βαρείῃ χειρὶ πιθήσας. 314/5: $3^{1}/_{2}$ διὰ δ᾽ ἔντερα χαλκὸς | ἤφυσ᾽, 316: ‖ χώρησαν δ᾽ ὑπό τε πρόμαχοι καὶ φαίδιμος Ἕκτωρ, 355: $3^{1}/_{2}$ πρὸ δὲ δούρατ᾽ ἔχοντο, 535: ‖ Ἄρητον δὲ κατ᾽ αὖθι λίπον δεδαϊγμένον ἦτορ, 541: $^{1}/_{2}$ ἀνὰ δ᾽ αὐτὸς ἔβαινε, 569: ‖ ἐν δὲ βίην ὤμοισι καὶ ἐν γούνεσσιν ἔθηκεν, 619: $2^{1}/_{2}$ κατὰ δ᾽ ἡνία χεῦεν ἔραζε, 666: $2^{1}/_{2}$ περὶ γὰρ δίε, 723: $2^{1}/_{2}$ ἐπὶ δ᾽ ἴαχε λαὸς ὄπισθε, 729: $2^{1}/_{2}$ διά τ᾽ ἔτρεσαν ἄλλυδις ἄλλος.

Σ 31: $2^{3}/_{4}$ λύθεν δ᾽ ὑπὸ γυῖα ἑκάστης, 168: $3^{1}/_{2}$ πρὸ γάρ ἧκέ μιν Ἥρη, 203/4: 4 ἀμφὶ δ᾽ Ἀθήνη | ὤμοις ἰφθίμοισι βάλ᾽ αἰγίδα θυσανόεσσαν, 347: ‖ ἐν δ᾽ ἄρ᾽ ὕδωρ ἔχεαν, 351: ‖ ἐν δ᾽ ὠτειλὰς πλῆσαν ἀλείφατος ἐννεώροιο, 390: $2^{1}/_{2}$ ὑπὸ δὲ θρῆνυς ποσὶν ἦεν, 479: $2^{1}/_{2}$ περὶ δ᾽ ἄντυγα βάλλε φαεινήν, 490: ‖ ἐν δὲ δύω ποίησε πόλεις μερόπων ἀνθρώπων, 541: ἐν δ᾽ ἐτίθει νειὸν μαλακήν, πίειραν ἄρουραν, 550: ‖ ἐν δ᾽ ἐτίθει τέμενος βασιλήιον, 561: ‖ ἐν δ᾽ ἐτίθει σταφυλῇσι μέγα βρίθουσαν ἀλωήν, 573: ‖ ἐν δ᾽ ἀγέλην ποίησε βοῶν ὀρθοκραιράων, 586/7: 4 ἐκ τ᾽ ἀλέοντο. | ἐν δὲ νομὸν ποίησε περικλυτὸς ἀμφιγυήεις, 607: ‖ ἐν δ᾽ ἐτίθει ποταμοῖο μέγα σθένος Ὠκεανοῖο, 612: $2^{1}/_{2}$ ἐπὶ δὲ χρύσεον λόφον ἧκε.

T 50: ‖ κὰδ δὲ μετὰ πρώτῃ ἀγορῇ ἵζοντο κιόντες, 245: ‖ ἐκ δ᾽ ἄγον αἶψα γυναῖκας ἀμύμονα ἔργ᾽ εἰδυίας, 249/50: 4 ἂν δ᾽ Ἀγαμέμνων | ἵστατο, 301: $2^{1}/_{2}$ ἐπὶ δὲ στενάχοντο γυναῖκες, 338: $2^{1}/_{2}$ ἐπὶ δὲ στενάχοντο γέροντες, 380/1: $2^{1}/_{2}$ περὶ δὲ τρυφάλειαν ἀείρας

[1]) Cum verbum simplex *πείρω* semper cum accusativo ponatur, genetivum huius loci aliquo modo cum *διὰ* cohaerere colligendum est. Sumat quisquam *αὐτοῦ* proxime pendere de *διὰ* et *αὐτοῦ ὀδόντων* formare figuram illam quam vocamus *σχῆμα καθ᾽ ὅλον καὶ μέρος;* verisimilius autem mihi videtur *ὀδόντων* suspensum esse de verbo composito *διὰ-πεῖρεν* et *αὐτοῦ* esse genetivum possessivum ad *ὀδόντων* pertinentem, praesertim cum scholiastae eodem modo interpretentur locum: *διέπειρε τῶν ὀδόντων αὐτοῦ· Ἀττικῶς.*

[2]) In *Π* 587/8 *τοῖο* non de *ἀπὸ* pendere manifestum est, nam nervi non separantur de corpore, sed perciduntur. *τοῖο* est genetivus possessivus ad *τένοντας* pertinens; *ῥῆξεν δ᾽ ἀπὸ* verbum compositum, cuius praeverbium verbo simplici postpositum est.

κρατὶ θέτο βριαρήν, 393/4: 1 ἀμφὶ δὲ καλὰ λέπαδν᾽ ἕσαν, ἐν δὲ χαλινοὺς | γαμφηλῇς ἔβαλον.

Y 149/50: ‖ ἔνθα Ποσειδάων κατ᾽ ἄρ᾽ ἕζετο καὶ θεοὶ ἄλλοι, ἀμφὶ δ᾽ ἄρ᾽ ἄρρηκτον νεφέλην ὤμοισιν ἕσαντο[1]), 168/9: $3^{1}/_{2}$ περί τ᾽ ἀφρὸς ὀδόντας | γίγνεται, 282: | κὰδ δ᾽ ἄχος οἱ χύτο μυρίον ὀφθαλμοῖσι, 381: ‖ ἐν δ᾽ Ἀχιλεὺς Τρώεσσι θόρε φρεσὶν εἱμένος ἀλκήν.

Φ 9: ‖ ἐν δ᾽ ἔπεσον μεγάλῳ πατάγῳ, 180/1: 4 ἐκ δ᾽ ἄρα πᾶσαι | χύντο χαμαὶ χολάδες, 201: ‖ τὸν δὲ κατ᾽ αὐτόθι λεῖπεν, 327: $2^{1}/_{2}$ κατὰ δ᾽ ᾕρεε Πηλείωνα, 348/9: 4 κὰδ δ᾽ ἄρα νεκροὺς | κῆεν, 520: κὰδ δ᾽ ἷζον παρὰ πατρὶ κελαινεφεῖ, 527: ‖ ἐς δ᾽ ἐνόησ᾽ Ἀχιλῆα πελώριον.

X 210: ‖ ἐν δ᾽ ἐτίθει δύο κῆρε τανηλεγέος θανάτοιο, 276: $2^{1}/_{2}$ ἀνὰ δ᾽ ἥρπασε Παλλὰς Ἀθήνη, 399: $2^{1}/_{2}$ ἀνά τε κλυτὰ τεύχε᾽ ἀείρας, 406: $1^{1}/_{2}$ ἀπὸ δὲ λιπαρὴν ἔρριψε καλύπτρην, 429: $2^{1}/_{2}$ ἐπὶ δὲ στενάχοντο πολῖται, 441: $2^{1}/_{2}$ ἐν δὲ θρόνα ποικίλ᾽ ἔπασσε, 515: $2^{1}/_{2}$ ἐπὶ δὲ στενάχοντο γυναῖκες.

Ψ 28: κὰδ δ᾽ ἷζον παρὰ νηὶ ποδώκεος Αἰακίδαο, 42: $3^{1}/_{2}$ ἐπὶ δ᾽ ὅρκον ὄμοσσεν, 65: ‖ ἦλθε δ᾽ ἐπὶ ψυχὴ Πατροκλῆος δειλοῖο, 125: ‖ κὰδ δ᾽ ἄρ᾽ ἐπ᾽ ἀκτῆς βάλλον ἐπισχερώ, 132/3: ‖ ἂν δ᾽ ἔβαν ἐν δίφροισι παραιβάται ἡνίοχοί τε, | πρόσθε μὲν ἱππῆες, μετὰ δὲ νέφος εἵπετο πεζῶν, 163: ‖ κηδεμόνες δὲ παρ᾽ αὖθι μένον, 170: ‖ ἐν δ᾽ ἐτίθει μέλιτος καὶ ἀλείφατος ἀμφιφορῆας, 177: ‖ ἐν δὲ πυρὸς μένος ἧκε σιδήρεον, ὄφρα νέμοιτο, 232: $2^{1}/_{2}$ ἐπὶ δὲ γλυκὺς ὕπνος ὄρουσεν, 352/3: ‖ ἂν δ᾽ ἔβαν ἐς δίφρους, ἐν δὲ κλήρους ἐβάλοντο· πάλλ᾽ Ἀχιλεύς, ἐκ δὲ κλῆρος θόρε Νεστορίδαο, 359: $3^{1}/_{2}$ παρὰ δὲ σκοπὸν εἷσεν, 436/7: $4^{1}/_{2}$ κατὰ δ᾽ αὐτοὶ | ἐν κονίῃσι πέσοιεν ἐπειγόμενοι περὶ νίκης, 567/8: 4 ἐν δ᾽ ἄρα κῆρυξ | χειρὶ σκῆπτρον ἔθηκε, 687: $1^{1}/_{2}$ σὺν δέ σφι βαρεῖαι χεῖρες ἔμιχθεν, 689: $2^{1}/_{2}$ ἐπὶ δ᾽ ὤρνυτο δῖος Ἐπειός, 698: ‖ κὰδ δ᾽ ἀλλοφρονέοντα μετὰ σφίσιν εἷσαν ἄγοντες, 715: $2^{1}/_{2}$ κατὰ δὲ νότιος ῥέεν ἱδρώς, 727: ‖ κὰδ δ᾽ ἔβαλ᾽ ἐξοπίσω, 759: $2^{1}/_{2}$ ἐπὶ δ᾽ ὤρνυτο δῖος Ὀδυσσεύς, 766: $2^{1}/_{2}$ ἴαχον δ᾽ ἐπὶ

[1]) Hoffmann, Homerische Untersuchungen, § 10 b, putat *ἀμφὶ* pro adverbio habendum esse, cum *ἀμφιέννυμί τινί τι* non inveniatur, sed simplex modo verbum cum dativo coniungatur. Hoc argumentum non firmum existimo, nam licet conicere hanc constructionem ortam esse ab his locutionibus mixtis: *ἕννυμί τινί τι* et *ἀμφιέννυμί τινά τι* (cf. ο 368/9: ‖ *αὐτὰρ ἐμὲ χλαῖνάν τε χιτῶνά τε εἵματ᾽ ἐκείνη | καλὰ μάλ᾽ ἀμφιέσασα*).

πάντες Ἀχαιοί, 777: ‖ ἐν δ' ὄνθου βοέου πλῆτο στόμα τε ῥῖνάς τε, 798/9: ‖ αὐτὰρ Πηλείδης κατὰ μὲν δολιχόσκιον ἔγχος | θῆκ' ἐς ἀγῶνα φέρων, κατὰ δ' ἀσπίδα καὶ τρυφάλειαν, 851: ‖ κὰδ δ' ἐτίθει δέκα μὲν πελέκεας, δέκα δ' ἡμιπέλεκκα, 853/4: $2^1/_2$ ἐκ δὲ τρήρωνα πέλειαν λεπτῇ μηρίνθῳ δῆσεν ποδός, 882: ‖ ἂν δ' ἄρα Μηριόνης πελέκεας δέκα πάντας ἄειρε, 885/6: ‖ κὰδ δὲ λέβητ' ἄπυρον, βοὸς ἄξιον, ἀνθεμόεντα | θῆκ' ἐς ἀγῶνα φέρων.

Ω 268: ‖ κὰδ' δ' ἀπὸ πασσαλόφι ζυγὸν ᾕρεον ἡμιόνειον, 270: ‖ ἐκ δ' ἔφερον ζυγόδεσμον ἅμα ζυγῷ ἐννεάπηχυ, 273: $2^1/_2$ ἐπὶ δὲ κρίκον ἕστορι βάλλον, 323: ‖ ἐκ δ' ἔλασε προθύροιο καὶ αἰθούσης ἐριδούπου, 358: 1 σὺν δὲ γέροντι νόος χύτο, 442: ‖ ἐν δ' ἔπνευσ' ἵπποισι καὶ ἡμιόνοις μένος ἠύ, 447: ‖ ἐς δ' ἄγαγε Πρίαμόν τε καὶ ἀγλαὰ δῶρ' ἐπ' ἀπήνης, 458: ‖ ἐς δ' ἄγαγε κλυτὰ δῶρα ποδώκεϊ Πηλείωνι, 470: ‖ Ἰδαῖον δὲ κατ' αὖθι λίπεν, 577/8: ἐς δ' ἄγαγον κήρυκα καλήτορα τοῖο γέροντος, | κὰδ δ' ἐπὶ δίφρου εἷσαν, 580: ‖ κὰδ δ' ἔλιπον δύο φάρε' ἐύνητόν τε χιτῶνα, 720: $3^1/_2$ παρὰ δ' εἷσαν ἀοιδούς, 722: $2^1/_2$ ἐπὶ δὲ στενάχοντο γυναῖκες, 725/6: 4 κὰδ δέ με χήρην | λείπεις ἐν μεγάροισι, 746 = 722, 776: $2^1/_2$ ἐπὶ δ' ἔστενε δῆμος ἀπείρων, 787: 4 ἐν δ' ἔβαλον πῦρ.

Comprehendamus res:

Narratio

	typus ἐπιτίθημι μὲν	typus ἐπὶ μὲν τίθημι + τίθημι μὲν ἐπὶ		typus ἐπιτίθημι μὲν	typus ἐπὶ μὲν τίθημι + τίθημι μὲν ἐπὶ
Α	1	20	Ν	4	13
Β	4	12	Ξ	1	8
Γ	1	7	Ο	4	6
Δ	3	8	Π	4	17
Ε	2	13	Ρ	3	11
Ζ	1	1	Σ	—	16
Η	3	10	Τ	2	8
Θ	4	8	Υ	1	5
Ι	—	6	Φ	2	7
Κ	1	10	Χ	—	7
Λ	—	20	Ψ	3	29
Μ	—	8	Ω	1	18
			tota Ilias	45	269

Ergo typus ἐπιτίθημι μὲν etc.: typus (ἐπὶ μὲν τίθημι + τίθημι μὲν ἐπὶ etc.) = 45 : 269 = 1 : 6.

Quaeramus eandem rem in orationibus! Typi ἐπιτίθημι μὲν hi sunt testes:

Α 299: $2^3/_4$ ἐπεί μ' ἀφέλεσθέ γε δόντες, 367: ‖ τὴν δὲ διεπράθομέν τε.

Β 14: $2^3/_4$ ἐπέγναμψεν γὰρ ἅπαντας, 31 = 14, 68 = 14.

Ε 643: $2^3/_4$ ἀποφθινύθουσι δὲ λαοί.

Ι 626: $2^3/_4$ ἀπαγγεῖλαι δὲ τάχιστα.

Κ 59: $1^1/_2$ τοῖσιν γὰρ ἐπετράπομέν γε μάλιστα, 121: ‖ πολλάκι γὰρ μεθιεῖ τε, 252: $2^3/_5$ παρoίχωκεν δὲ πλέων νύξ, 425: $2^3/_4$ διειπέ μοι, ὄφρα δαείω.

Λ 365: ‖ ἦ θήν σ' ἐξανύω γε, 718: $2^3/_4$ ἀπέκρυψεν δέ μοι ἵππους, 800: $^3/_4$ ἀναπνεύσωσι δ' Ἀρήιοι υἷες Ἀχαιῶν.

Ξ 98: $2^3/_4$ ἐπικρατέουσί περ ἔμπης.

Π 42 = Λ 800.

Ρ 35: $2^3/_4$ ἐπευχόμενος δ' ἀγορεύεις, 489: $2^3/_4$ ἐφορμηθέντε γε νῶι.

Σ 200 = Λ 800.

Υ 118: $2^3/_4$ ἀνῆκε δὲ Φοῖβος Ἀπόλλων, 452 = Λ 365.

Χ 350: $2^3/_4$ ὑπόσχωνται δὲ καὶ ἄλλα.

Ω 756: $2^3/_4$ ἀνέστησαν δέ μιν οὐδ' ὧς.

Typi ἐπὶ μὲν τίθημι etc. partem faciunt:

Α 142: ‖ ἐν δ' ἐρέτας ἐπιτηδὲς ἀγείρομεν, 143: 1 ἂν δ' αὐτὴν Χρυσηίδα καλλιπάρῃον | βήσομεν, 204: ἀλλ' ἔκ τοι ἐρέω, 208: $1^1/_2$ πρὸ δέ μ' ἧκε θεά, λευκώλενος Ἥρη, 233 = 204, 258: ‖ οἳ περὶ μὲν βουλὴν Δαναῶν, περὶ δ' ἐστὲ μάχεσθαι, 369: ‖ ἐκ δ' ἕλον Ἀτρείδῃ Χρυσηίδα καλλιπάρῃον.

Β 160: ‖ κὰδ δέ κεν εὐχωλὴν Πριάμῳ καὶ Τρωσὶ λίποιεν, 176: ‖ κὰδ δέ κεν εὐχωλὴν Πριάμῳ καὶ Τρωσὶ λίποιτε, 257: ‖ ἀλλ' ἔκ τοι ἐρέω, 261: ‖ εἰ μὴ ἐγώ σε λαβὼν ἀπὸ μὲν φίλα εἵματα δύσω.

Γ 367/8: 4 ἐκ δέ μοι ἔγχος | ἠίχθη παλάμηφιν ἐτώσιον, 440: $2^1/_2$ πάρα γὰρ θεοί εἰσι καὶ ἡμῖν.

Δ 63: $2^1/_2$ ἐπὶ δ' ἕψονται θεοὶ ἄλλοι, 161: ἔκ τε καὶ ὀψὲ τελεῖ, 173: ‖ κὰδ δέ κεν εὐχωλὴν Πριάμῳ καὶ Τρωσὶ λίποιμεν, 269: $2^3/_4$ ἐπεὶ σύν γ' ὅρκι' ἔχευαν.

E 264: ἐκ δ' ἐλάσαι Τρώων μετ' ἐυκνήμιδας Ἀχαιούς, 809: ‖ σοὶ δ' ἤτοι μὲν ἐγὼ παρά θ' ἵσταμαι.

Z 415/6: ‖ ἐκ δὲ πόλιν πέρσεν Κιλίκων εὐναιετόωσαν, | Θήβην ὑψίπυλον· κατὰ δ' ἔκτανεν Ἠετίωνα.

H 110: $2^1/_2$ ἀνὰ δὲ σχέο. 289: $1^1/_2$ περὶ δ' ἔγχει Ἀχαιῶν φέρτατός ἐσσι, 360: ἐξ ἄρα δή τοι ἔπειτα θεοὶ φρένας ὤλεσαν αὐτοί.

Θ 27: ‖ τόσσον ἐγὼ περί τ' εἰμὶ θεῶν περί τ' εἴμ' ἀνθρώπων, 403: $3^1/_2$ κατά θ' ἅρματα ἄξω. 417: $3^1/_2$ κατά θ' ἅρματα ἄξειν.

I 131/2: $2^1/_2$ μετὰ δ' ἔσσεται, ἣν τότ' ἀπηύρων, | κούρη Βρισῆος· ἐπὶ δὲ μέγαν ὅρκον ὀμοῦμαι, 273/4: $2^1/_2$ μετὰ δ' ἔσσεται, ἣν τότ' ἀπηύρα, | κούρη Βρισῆος· ἐπὶ δὲ μέγαν ὅρκον ὀμεῖται, 350: $2^1/_2$ ἐν δὲ σκόλοπας κατέπηξεν, 375: ‖ ἐκ γάρ δή μ' ἀπάτησε.

Λ 362: ‖ ἐξ αὖ νῦν ἔφυγες θάνατον, 676: ‖ κὰδ δ' ἔπεσεν, 691: $2^1/_2$ κατὰ δ' ἔκταθεν ὅσσοι ἄριστοι, 696/7: ‖ ἐκ δ' ὁ γέρων ἀγέλην τε βοῶν καὶ πῶυ μέγ' οἰῶν | εἵλετο, κρινάμενος τριηκόσι' ἠδὲ νομῆας, 755: $2^1/_2$ ἀνά τ' ἔντεα καλὰ λέγοντες, 778: ‖ ἐς δ' ἄγε χειρὸς ἑλών.

M 234: ‖ ἐξ ἄρα δή τοι ἔπειτα θεοὶ φρένας ὤλεσαν αὐτοί.

Ξ 240: $2^1/_2$ ὑπὸ δὲ θρῆνυν ποσὶν ἥσει.

O 662: $2^1/_2$ ἐπὶ δὲ μνήσασθε ἕκαστος.

P 17: $1^1/_2$ ἀπὸ δὲ μελιηδέα θυμὸν ἕλωμαι.

Σ 402/3: $2^1/_2$ περὶ δὲ ῥόος Ὠκεανοῖο | ἀφρῷ μορμύρων ῥέεν ἄσπετος.

T 118: ‖ ἐκ δ' ἄγαγε πρὸ φόως δὲ καὶ ἠλιτόμηνον ἐόντα, 159: 1 ἐν δὲ θεὸς πνεύσῃ μένος ἀμφοτέροισιν.

Y 449: ‖ ἐξ αὖ νῦν ἔφυγες θάνατον, κύον.

Φ 338: $1^1/_2$ ἐν δ' αὐτὸν ἵει πυρί, 453/4: ‖ σὺν μὲν ὅ γ' ἠπείλησε πόδας καὶ χεῖρας ὕπερθε | δήσειν.

Ψ 50: $2^1/_2$ παρά τε σχεῖν, ὅσσ' ἐπιεικές, 160: $2^1/_2$ παρὰ δ', οἵ τ' ἀγοί, ἄμμι μενόντων[1]), 341: $3^1/_2$ κατά θ' ἅρματα ἄξῃς, 467: $3^1/_2$ σύν θ' ἅρματα ἆξαι, 481: $1^1/_2$ ἐν δ' αὐτὸς ἔχων εὔληρα βέβηκε.

---

[1]) Primo adspectu lector crediderit voculam *οἱ* a praepositione *παρὰ* pendere. Si res ita se habet, scribere non possumus *οἵ τ' ἀγοί*, quam lectionem codex *N* sub γρ(άφεται) καὶ et Herodianus commemorant, ideo quod particula τ(ε) hoc loco intellegi non potest. Legendum igitur erit: *οἱ ταγοὶ ἄμμι* cum Ludwichio editore Aristarchum secuto. At contra hanc lectionem dicendum est vocem *ταγὸς* hoc solo loco apud Homerum investigari posse, cum *ἀγὸς* per-

Ω 76: $3^1/_2$ ἀπό θ' Ἕκτορα λύσῃ, 116 = 76, 156: $2^1/_2$ ἀπό τ' ἄλλους πάντας ἐρύξει, 185 = 156, 491: $2^1/_2$ ἐπί τ' ἔλπεται ἤματα πάντα. 522: ‖ ἀλλ' ἄγε δὴ κατ' ἄρ' ἕζευ ἐπὶ θρόνου.

Orationes

	typus ἐπι-τίθημι μέν	typus ἐπὶ μὲν τίθημι		typus ἐπι-τίθημι μὲν	typus ἐπὶ μὲν τίθημι
A	2	7	*N*	—	—
B	3	4	*Ξ*	1	1
Γ	—	2	*O*	—	1
Δ	—	4	*Π*	1	—
E	1	2	*P*	2	1
Z	—	2	*Σ*	1	1
H	—	3	*T*	—	2
Θ	—	4	*Y*	2	1
I	1	6	*Φ*	—	2
K	4	—	*X*	1	—
Λ	3	6	*Ψ*	—	5
M	—	1	*Ω*	1	6
			tota Ilias	23	61

Ergo typus *ἐπιτίθημι μὲν*: *ἐπὶ μὲν τίθημι* = 23 : 61 = 1 : 2,6. (Concedatur, in orationibus numeros minores esse quam ut conclusiones summae gravitatis ex iis deduci possint.)

Si quis comparaverit has relationes, intelleget statuendam esse in orationibus progressionem typi qui est *ἐπιτίθημι μὲν* (6 : 2,6), i. e. hic quoque (cf. pag. 19) orationes statum recentiorem linguae praebere, quae magis magisque id tendebat, ut praeverbium arcte coniungeretur cum verbo et verba ea formarentur, quae vere composita essent.

Ne hic quidem in vetustioribus Iliadis partibus relatio commutatur. Computemus numeros librorum recentiorum:

---

multis carminum Homericorum locis appareat. Itaque praefero scribere *ἀγοί* et separare ab hac voce particulam *τ'*. Tum autem *οἱ* non iam pro dativo haberi licet a *παρὰ* pendente, sed pro pronomine relativo, quod est subiectum enuntiati relativi *οἵ τ' ἀγοί* scilicet *εἰσιν*. (Hac ratione Ameis et Hentze ipsi quoque locum interpretari videntur.) Inde sequitur, ut *παρὰ* cum *μενόντων* componendum sit.

	Narratio		Orationes	
	typus ἐπιτίθημι μὲν	typus ἐπὶ μὲν τίθημι etc	typus ἐπιτίθημι μὲν	typus ἐπὶ μὲν τίθημι
B^2	1	4	—	—
Θ	4	8	—	4
I	—	6	1	6
K	1	10	4	—
Ψ	3	29	—	5
Ω	1	18	1	6
Ilias recentior	10	75	6	21

Si dempserimus hos numeros ab illis totius Iliadis, restabunt exempla Iliadis vetustioris:

35	194	17	40

Narratio	Orationes
Typus ἐπιτίθημι μὲν: ἐπὶ μὲν τίθημι etc. = 35 : 194 = 1 : 5,5	Typus ἐπιτίθημι μὲν: ἐπὶ μὲν τίθημι = 17 : 40 = 1 : 2,4

Nunc tandem ad eam rem processimus, qua sententia Drewittii initio huius disputationis exposita diiudicabitur. Utrum probabile est an non, augmentum, quod ad usum attinet, apud Homerum simile esse praeverbio?

In narrationibus Iliadis, ut numeros praecipuos sub uno oculorum conspectu ponam, ἐτίθει μὲν etc.: τίθει μὲν etc. = 1 : 9,2, ἐπιτίθημι μὲν etc.: (ἐπὶ μὲν τίθημι etc. + τίθημι μὲν ἐπὶ etc.) = 1 : 6; in orationibus ἐτίθει μὲν etc.: τίθει μὲν etc. = 1 : 3, ἐπιτίθημι μὲν etc.: (ἐπὶ μὲν τίθημι etc. + τίθημι μὲν ἐπὶ etc.) = 1 : 2,6.

Ex his aequationibus efficitur, ut in narrationibus typus ἐτίθει μὲν etc. novies rarior sit quam τίθει μὲν etc., typus ἐπιτίθημι μὲν sexies rarior quam (ἐπὶ μὲν τίθημι + τίθημι μὲν ἐπὶ); ergo typus ἐτίθει μὲν etc. se habet ad typum ἐπιτίθημι μὲν etc. ut 6 ad 9 vel ut 2 ad 3. In orationibus simili ratione typus ἐτίθει μὲν etc. se habet ad typum ἐπιτίθημι μὲν etc. ut 2,6 : 3.

Hac re satis veri simile factum esse arbitror, praeverbium et augmentum in usu Homerico in universum inter se respondere, qua re id confirmatur quod Drewitt docuit.

Nihilominus nondum supremum iudicium facere praestat; nam hac collectione non omnia exempla tmeseos congesta sunt, sed ii testes desunt, in quibus inter praeverbium et verbum non particula vel enclitica, sed una pluresve aliae voces intercedunt. Proinde nobis propositum est, hos locos conquirere, ut tum demum rationem progressus praeverbii et augmenti diiudicemus.

Si inter praepositionem et verbum simplex obvenit substantivum, quod a praepositione suspensum esse existimari potest, praestare arbitror credere, nomen re vera e praepositione pendere; illos locos disiunxi, ex. gr. *A* 55: ‖ τῷ γὰρ ἐπὶ φρεσὶ θῆκε θεά, ubi nobis integrum est coniungere ἐπὶ cum θῆκε, at non minus bene cum φρεσί. Eiusdem generis locorum sunt *Δ* 46: ‖ τάων μοι περὶ κῆρι τιέσκετο Ἴλιος ἱρή; potest quidem valere περὶ κῆρι germanice „rings herum im Herzen", „im tiefsten Herzen", sed licet quoque conecti περὶ — τιέσκετο „er wurde von mir sehr geehrt im Herzen". Item *N* 206 περὶ κῆρι ἐχολώθη et *N* 430 περὶ κῆρι φίλησε. Praeterea huc spectat *P* 22: ‖ θυμὸς ἐνὶ στήθεσσι περὶ σθένεϊ βλεμεαίνει. — Nonnullis locis discrepo de hac re cum Ameis-Hentze, velut in *Δ* 222: ‖ οἱ δ' αὖτις κατὰ τεύχε' ἔδυν. A.-H. iungit κατὰ cum ἔδυν, ego autem simpliciore modo sumere mihi videor, κατὰ τεύχε' esse locutionem praepositionalem (cf. *Z* 136: ‖ δῦσε θ' ἁλὸς κατὰ κῦμα). Porro in *E* 82/3: 4 τὸν δὲ κατ' ὄσσε | ἔλλαβε πορφύρεος θάνατος καὶ μοῖρα κραταιή: non necessarium puto, ut editores supra allati, conectere κατ' — ἔλλαβε tamquam verbum compositum, sed existimo, λαμβάνειν τινὰ κατ' ὄσσε plane respondere locutionibus quales sunt βάλλειν τινὰ κατὰ γλουτὸν (*E* 66) vel τύπτειν τινὰ κατὰ κληῖδα (*Φ* 117). Iisdem testibus adnumero *K* 516: ‖ ὡς ἴδ' Ἀθηναίην μετὰ Τυδέος υἱὸν ἕπουσαν, *Θ* 188: ‖ ὑμῖν πὰρ προτέροισι μελίφρονα πυρὸν ἔθηκεν; non *Σ* 387: ‖ ἀλλ' ἕπεο προτέρω, ἵνα τοι πὰρ ξείνια θείω, quod post pronomen encliticum anastrophe inveniri non solet.

Multis locis dubium est, utrum praepositio ad substantivum praecedens referenda sit an ad verbum sequens una vel pluribus aliis vocibus ab ea separatum. Si res sic se habent, praefero anastrophen statuere et exempla illa excludere de hac collectione.

Conicienda est anastrophe non solum si nomen continuo antecedit praepositionem, sed etiam si una vel plures particulae vel encliticum pronomen personale inter nomen et praepositionem intercedunt. In horum igitur exemplorum numero colloco e. g. *A* 572: || *μητρὶ φίλῃ ἐπὶ ἦρα φέρων*, quem locum interpretari possumus et tamquam *ἐπὶ μητρὶ φίλῃ ἦρα φέρων* et tamquam *μητρὶ φίλῃ ἦρα ἐπιφέρων*. Item *Z* 357: || *οἷσιν ἐπὶ Ζεὺς θῆκε κακὸν μόρον*. Non huc referendi sunt loci qualis *B* 59: $2^1/_2$ *καί με πρὸς μῦθον ἔειπεν*, quod praepositio *πρὸς* numquam casui ad quem pertinet postponitur (H. Jacobsohn in Kuhns Zeitschrift für vergleichende Sprachforschung, vol. 42, 1909, p. 280); hos locos recipere debemus in collectionem nostram. Contra excludi oportet *E* 401 = 900: || *τῷ δ' ἐπὶ Παιήων ὀδυνήφατα φάρμακα πάσσεν* (cogimur ceterum postpositionem agnoscere *H* 163: || *τῷ δ' ἐπὶ Τυδείδης ὦρτο κρατερὸς Διομήδης*, quod versus 164, 165, 167 praebent *τοῖσι δ' ἐπ'* sine verbo. Similiter se habent complures alii loci, qui plerique in libro *Ψ* leguntur). *Ξ* 492: || *τῷ δ' ἄρ' ὑπὸ μήτηρ μοῦνον τέκεν Ἰλιονῆα*. *Ψ* 293: || *τῷ δ' ἄρ' ἐπ' Ἀτρείδης ὦρτο ξανθὸς Μενέλαος*. — Raras invenici exceptiones huius regulae non est mirandum; confirmatur tantum regula his discrepantiis. Minime refugiendum est ad explicationes tam artificiosas, quas protulit Hoffmann, Hom. Untersuch. §§ 17,3 et 21,6 ad *E* 219/20: || *πρίν γ' ἐπὶ νὼ τῷδ' ἀνδρὶ σὺν ἵπποισιν καὶ ὄχεσφιν | ἀντιβίην ἐλθόντε σὺν ἔντεσι πειρηθῆναι* et *K* 224: || *σύν τε δύ' ἐρχομένω καί τε πρὸ ὁ τοῦ ἐνόησεν | ὅππως κέρδος ἔῃ*. Etiam hic, ubi pronomen personale non encliticum inter praepositionem et casum habet locum, mihi persuasi, praepositionem *ἐπὶ* a *τῷδε* (*E* 219) et praepositionem *πρὸ* a *τοῦ* (*K* 224) separari illic vocabulo *νώ*, hic vocabulo *ὁ* ideo quod auctor notiones oppositas iuxtaponere voluit, quam rem et poetae et pedestris sermonis scriptores artis periti valde amant. Hoffmann autem opinatur priore loco dativum *τῷδ' ἀνδρὶ* pendere de *πειρηθῆναι*, coniungit *ἐπὶ — ἐλθόντε* tamquam verbum compositum absolute usurpatum, quocum conectit priorem voculam *σὺν* ipsam quoque, ut alterum *σὺν* colligat cum *πειρηθῆναι*. (At alias quoque apud Homerum a *σὺν* suspensa sunt substantiva, quibus non personae significantur.) In *K* 224 Hoffmann mirum in modum vocem *πρὸ* habet pro adverbio et genetivum pro explicatione vel pro additamento supplementario voculae *πρό*.

Ceterum in hac quoque dissertationis parte valet id, quod in p. 25 sq. disputatum est. Exempla tmeseos, quae e sensu vel e constructione manant, haec sunt: *Θ* 108: || *οὕς ποτ' ἀπ' Αἰνείαν ἑλόμην*: *ἑλόμην* videlicet non ab *ἀπ'* pendere potest, sed a composito *ἀφαιρεῖσθαι*, quod semper cum accusativis personae et rei ponitur. *P* 609: $2^1/_2$ *τοῦ μέν ῥ' ἀπὸ τυτθὸν ἅμαρτεν*, *X* 505: $2^3/_4$ *φίλου ἀπὸ πατρὸς ἁμαρτών*, ubi *ἀπὸ* explicari non potest, nisi arcte coniungitur cum *ἁμαρτάνω*. *X* 125: $2^3/_4$ *ἐπεί κ' ἀπὸ τεύχεα δύω*: agitur de composito *ἀποδύω*, quoniam verbum simplex *δύω* non est „exuere". In *Y* 315 = *Φ* 374: || *μή ποτ' ἐπὶ Τρώεσσιν ἀλεξήσειν κακὸν ἦμαρ* vocabulum *ἐπὶ* sensu caret, nisi ad *ἀλεξήσειν* pertinet. *T* 254: || *κάπρου ἀπὸ τρίχας ἀρξάμενος*: accusativus qui est *τρίχας* non nisi de *ἀπάρχομαι* (= *ἀποταμὼν ἄρχομαι* = desecatos capillos consecro) pendere potest. *T* 230: || *ὅσσοι δ' ἂν πολέμοιο περὶ στυγεροῖο λίπωνται*: genetivus *πολέμοιο* non e *περὶ*, sed e sensu tantum verbi compositi *περιλείπομαι*, quod in poematibus posterioris demum aetatis obvium esse sane concedatur („übrig bleiben aus dem Krieg"), suspensus esse potest. In *Φ* 336: *(θύελλαν)* | *ἥ κεν ἀπὸ Τρώων κεφαλὰς καὶ τεύχεα κήαι* absonum est credere, genetivum *Τρώων* pendere ex *ἀπό*, ea sententia, ut aestu capita et arma Troianorum deurantur et a corporibus seiungantur; immo sensus poscit, ut iungamus *ἀπὸ* cum *κήαι*, etsi compositum *ἀποκαίω* non emergit in carminibus Homericis. (Interpretari *ἀπὸ* tamquam praepositionem adverbialem vetamur eo, quod hac re seiunctioni ipsi capitum et armorum a corporibus permultum momenti attribuimus.) Denique in *M* 322: $2^1/_2$ *πόλεμον περὶ τόνδε φυγόντε* de locutione praepositionali *περὶ τόνδε πόλεμον* cogitare vix licet, quamvis hic locus sit unus et solus, quo verbum compositum *περιφεύγω* apud Homerum statuamus. — In *E* 161: $3^1/_2$ *ἐξ αὐχένα ἄξῃ* statuendi verbi compositi *ἐξάγνυμι* ius habemus, id quod demonstratur his locis: in *κ* 559/60: || *ἐκ δέ οἱ αὐχὴν | ἀστραγάλων ἐάγη* cogitandum non est de cervicibus ictu exemptis e compage vertebrarum, sed de cervicibus fractis. Ideo vox *ἐξ* non ut praepositio adverbialis interpretanda est, cum ita nimium ponderis ei detur. Restat

igitur interpreti tmesis *ἐξ — ἐάγη*. quamquam verbum compositum ipsum frustra apud Homerum quaeres. Item in *Λ* 175 = *P* 63: ‖ *τῆς δ᾽ ἐξ αὐχέν᾽ ἔαξε* agnoscimus praeverbium *ἐξ*. Unde conficitur, ut in *E* 161, quo loco genetivus plane deest, eadem ratione agendum sit. — In *Θ* 94 *μετὰ νῶτα βαλὼν* tmesis nobis proposita est, nam *μετὰ* numquam nisi in verbis compositis significationem vicissitudinis atque mutationis prae se fert (*μεταστρέφω, μετατρέπομαι*). Etiam locus qui est *μ* 312 = *ξ* 483: $3^1/_2$ *μετὰ δ᾽ ἄστρα βεβήκει* huc remittendus est.

De *Σ* 569 sqq.: ‖ *τοῖσιν δ᾽ ἐν μέσσοισι πάις φόρμιγγι λιγείῃ* | *ἱμερόεν κιθάριζε, λίνον δ᾽ ὑπὸ καλὸν ἄειδεν* | *λεπταλέῃ φωνῇ* et *φ* 410 sq.: ‖ *δεξιτερῇ δ᾽ ἄρα χειρὶ λαβὼν πειρήσατο νευρῆς·* | *ἡ δ᾽ ὑπὸ καλὸν ἄεισε χελιδόνι εἰκέλη αὐδήν* haud scio an facile nobis in mentem venerit, componi posse *ὑπὸ — ἄειδεν* vel *ἄεισε* et valere latine „succinere", germanice „dazu singen"; aut quisquam dederit illis verbis vim „leise singen", quae additamentis *λεπταλέῃ φωνῇ* et *χελιδόνι εἰκέλη αὐδήν* designata esse videtur (cf. Hoffmann, Hom. Unters., § 28). At verbum compositum *ὑπαείδω* non apud Homerum, sed apud Callimachum demum obvium fit; ergo explanare debemus *ὑπὸ* ut praepositionem adverbialem, quae respondeat in *Σ* 570 locutioni *ὑπὸ φόρμιγγος* (cf. *ὑπ᾽ αὐλῶν*), in *φ* 411 vocibus *ὑπὸ τῇ χειρί*.

Exempla narrationis et orationis separatim ante oculos lectoris ponam. Narrationis testes sunt:

Α 25: $2^1/_2$ *κρατερὸν δ᾽ ἐπὶ μῦθον ἔτελλεν*, 326 = 25, 413: ‖ *τὸν δ᾽ ἠμείβετ᾽ ἔπειτα Θέτις κατὰ δάκρυ χέουσα*, 464: ‖ *αὐτὰρ ἐπεὶ κατὰ μῆρα κάη*, 469: ‖ *αὐτὰρ ἐπεὶ πόσιος καὶ ἐδητύος ἐξ ἔρον ἕντο*, 475: $3^1/_2$ *καὶ ἐπὶ κνέφας ἦλθεν*, 528: ‖ *ἦ καὶ κυανέῃσιν ἐπ᾽ ὀφρύσι νεῦσε Κρονίων*. (7 exempla.)

B 156: ‖ *εἰ μὴ Ἀθηναίην Ἥρη πρὸς μῦθον ἔειπεν*. 427: ‖ *αὐτὰρ ἐπεὶ κατὰ μῆρα κάη*, 432: ‖ *αὐτὰρ ἐπεὶ πόσιος καὶ ἐδητύος ἐξ ἔρον ἕντο*, 499: ‖ *οἵ τ᾽ ἀμφ᾽ Ἅρμ᾽ ἐνέμοντο καὶ Εἰλέσιον καὶ Ἐρύθρας*, 560: ‖ *Ἑρμιόνην Ἀσίνην τε βαθὺν κατὰ κόλπον ἐχούσας*, 655: $2^3/_4$ *διὰ τρίχα κοσμηθέντες*. (6 ex.)

Γ 142: ‖ *ὡρμᾶτ᾽ ἐκ θαλάμοιο τέρεν κατὰ δάκρυ χέουσα*, 292: ‖ *ἦ καὶ ἀπὸ στομάχους ἀρνῶν τάμε νηλέϊ χαλκῷ*, 303: ‖ *τοῖσι δὲ Δαρδανίδης Πρίαμος μετὰ μῦθον ἔειπεν*. (3 ex.)

Δ 77: 1 *τοῦ δέ τε πολλοὶ ἀπὸ σπινθῆρες ἵενται*, 221: ‖ *τόφρα δ᾽ ἐπὶ Τρώων στίχες ἤλυθον ἀσπιστάων*. (2 ex.)

E 161: $3^1/_2$ *ἐξ αὐχένα ἄξῃ*, 317: $3^1/_2$ *ἐκ θυμὸν ἕλοιτο*, 346 = 317, 416: ‖ *ἦ ῥα καὶ ἀμφοτέρῃσιν ἀπ᾽ ἰχῶ χειρὸς ὀμόργνυ*, 435: $2^1/_2$ *καὶ ἀπὸ κλυτὰ τεύχεα δῦσαι*, 618: $2^1/_2$ *Τρῶες δ᾽ ἐπὶ δούρατ᾽ ἔχευαν*, 632: ‖ *τὸν καὶ Τληπόλεμος πρότερος πρὸς μῦθον ἔειπεν*, 852: $2^1/_2$ *μεμαὼς ἀπὸ θυμὸν ἑλέσθαι*. (8 ex.)

Z 381: ‖ *τὸν δ᾽ αὖτ᾽ ὀτρηρὴ ταμίη πρὸς μῦθον ἔειπεν*, 496: $2^1/_2$ *θαλερὸν κατὰ δάκρυ χέουσα*. (2 ex.)

H 6: $2^1/_2$ *καμάτῳ δ᾽ ὑπὸ γυῖα λέλυνται*, 46: $2^1/_2$ *καί μιν πρὸς μῦθον ἔειπεν*. 323: ‖ *αὐτὰρ ἐπεὶ πόσιος καὶ ἐδητύος ἐξ ἔρον ἕντο*. (3 ex.)

Θ 4: $2^3/_4$ *θεοὶ δ᾽ ὑπὸ πάντες ἄκουον*, 77: $1^1/_2$ *καὶ πάντας ὑπὸ χλωρὸν δέος εἷλεν*, 90: 1 *καί νύ κεν ἔνθ᾽ ὁ γέρων ἀπὸ θυμὸν ὄλεσσεν*, 115: ‖ *τὼ δ᾽ εἰς ἀμφοτέρω Διομήδεος ἅρματα βήτην*, 270: $1^1/_2$ *ὁ μὲν αὖθι πεσὼν ἀπὸ θυμὸν ὄλεσσεν*, 280: $2^1/_2$ *καί μιν πρὸς μῦθον ἔειπε*, 335: ‖ *ἂψ δ᾽ αὖτις Τρώεσσιν Ὀλύμπιος ἐν μένος ὦρσεν*, 426: ‖ *αὐτὰρ Ἀθηναίην Ἥρη πρὸς μῦθον ἔειπεν*. (8 ex.)

I 92: ‖ *αὐτὰρ ἐπεὶ πόσιος καὶ ἐδητύος ἐξ ἔρον ἕντο*, 212: ‖ *αὐτὰρ ἐπεὶ κατὰ πῦρ ἐκάη*, 222 = 92, 620: ‖ *ἦ καὶ Πατρόκλῳ ὅ γ᾽ ἐπ᾽ ὀφρύσι νεῦσε σιωπῇ*, 622/3: (4 *τοῖσι δ᾽ ἄρ᾽ Αἴας*) | *ἀντίθεος Τελαμωνιάδης μετὰ μῦθον ἔειπεν*. (5 ex.)

K 30/1: 1 *αὐτὰρ ἐπὶ στεφάνην κεφαλῆφιν ἀείρας* | *θήκατο χαλκείην*, 140: $2^1/_2$ *καί σφεας πρὸς μῦθον ἔειπε*, 189: 1 *ὁππότ᾽ ἐπὶ Τρώων ἀίοιεν ἰόντων*, 466: $2^1/_2$ *δέελον δ᾽ ἐπὶ σῆμά τ᾽ ἔθηκεν*. (4 ex.)

Λ 30: $2^3/_4$ *ἀτὰρ περὶ κουλεὸν ἦεν*, 146: ‖ *χεῖρας ἀπὸ ξίφεϊ τμήξας*, 175: ‖ *τῆς δ᾽ ἐξ αὐχέν᾽ ἔαξε*, 357: ‖ *ὄφρα δὲ Τυδείδης μετὰ δούρατος ᾤχετ᾽ ἐρωήν*, 412: *τόφρα δ᾽ ἐπὶ Τρώων στίχες ἤλυθον ἀσπιστάων*, 429: $2^1/_2$ *καί μιν πρὸς μῦθον ἔειπεν*, 440: $2^1/_2$ *Σῶκον πρὸς μῦθον ἔειπεν*. 522 = 429, 544: ‖ *Ζεὺς δε πατὴρ Αἴανθ᾽ ὑψίζυγος ἐν φόβον ὦρσεν*, 559: ‖ *νωθής, ᾧ δὴ πολλὰ περὶ ῥόπαλ᾽ ἀμφὶς ἐάγῃ*, 579: $2^1/_2$ *εἶθαρ δ᾽ ὑπὸ γούνατ᾽ ἔλυσεν*, 635: $2^3/_4$ *δύω δ᾽ ὑπὸ πυθμένες ἦσαν*. (12 ex.)

M 35: $1^1/_2$ *τότε δ᾽ ἀμφὶ μάχη ἐνοπή τε δεδήει* | *τεῖχος ἐύδμητον*, 83: ‖ *ἀλλ᾽ ἀπὸ πάντες ὄρουσαν*, 113: $2^3/_4$ *κακὰς ὑπὸ κῆρας*

ἀλύξας [1]), 150: $3^{1}/_{2}$ ἐκ θυμὸν ἕληται, 284: ‖ καί τ' ἐφ' ἁλὸς πολιῆς κέχυται λιμέσιν τε καὶ ἀκταῖς, 460: $1^{1}/_{2}$ μέγα δ' ἀμφὶ πύλαι μύκον. (6 ex.)

Ν 4: ‖ νόσφιν ἐφ' ἱπποπόλων Θρῃκῶν καθορώμενος αἶαν, 182: $3^{1}/_{2}$ ἀπὸ τεύχεα δῦσαι, 306: ‖ τὸν καὶ Μηριόνης πρότερος πρὸς μῦθον ἔειπεν, 362: ‖ Ἰδομενεὺς Τρώεσσι μετάλμενος ἐν φόβον ὦρσεν, 395: $2^{1}/_{2}$ δηίων ὑπὸ χεῖρας ἀλύξας, 412: $2^{1}/_{2}$ εἶθαρ δ' ὑπὸ γούνατ' ἔλυσεν, 548: ‖ τὴν ἀπὸ πᾶσαν ἔκερσεν. (7 ex.)

Ξ 18(8)/9: ($2^{3}/_{4}$ καλεσσαμένη δ' Ἀφροδίτην) | τῶν ἄλλων ἀπάνευθε θεῶν πρὸς μῦθον ἔειπεν. 522: $2^{1}/_{2}$ ὅτε τε Ζεὺς ἐν φόβον ὄρσῃ. (2 ex.)

Π 120: $1^{1}/_{2}$ ὅ ῥα πάγχυ μάχης ἐπὶ μήδεα κεῖρεν, 123: $1^{1}/_{2}$ τῆς δ' αἶψα κατ' ἀσβέστη κέχυτο φλόξ, 199: $2^{1}/_{2}$ κρατερὸν δ' ἐπὶ μῦθον ἔτελλεν. (3 ex.)

Ρ 63: ‖ τῆς δ' ἐξ αὐχέν' ἔαξε. 107: ‖ τόφρα δ' ἐπὶ Τρώων στίχες ἤλυθον, 209: ‖ ἦ καὶ κυανέῃσιν ἐπ' ὀφρύσι νεῦσε Κρονίων, 349: $2^{1}/_{2}$ εἶθαρ δ' ὑπὸ γούνατ' ἔλυσεν, 535: ‖ Ἄρητον δὲ κατ' αὖθι λίπον δεδαϊγμένον ἦτορ, 542: ‖ αἱματόεις, ὥς τίς τε λέων κατὰ ταῦρον ἐδηδώς, 609: $2^{1}/_{2}$ τοῦ μέν ῥ' ἀπὸ τυτθὸν ἅμαρτεν. (7 ex.)

Σ 94: $3^{1}/_{2}$ κατὰ δάκρυ χέουσα. 317: ‖ χεῖρας ἐπ' ἀνδροφόνους θέμενος στήθεσσιν ἑταίρου, 375: ‖ χρύσεα δέ σφ' ὑπὸ κύκλα ἑκάστῳ πυθμένι θῆκεν, 428 = 94, 519: $2^{1}/_{2}$ λαοὶ δ' ὑπ' ὀλίζονες ἦσαν. (5 ex.)

Τ 12: $2^{3}/_{4}$ θεὰ κατὰ τεύχε' ἔθηκεν, 254: ‖ κάπρου ἀπὸ τρίχας ἀρξάμενος, 266: ‖ ἦ καὶ ἀπὸ στόμαχον κάπρου τάμε νηλέι χαλκῷ. (3 ex.)

Υ 35: ‖ Ἑρμείας, ὃς ἐπὶ φρεσὶ πευκαλίμῃσι κέκασται [2]), 114: $3^{1}/_{2}$ μετὰ μῦθον ἔειπεν, 260: $1^{1}/_{2}$ μέγα δ' ἀμφὶ σάκος μύκε δουρὸς ἀκωκῇ. (3 ex.)

[1]) Locos qui sunt *Μ* 113: $2^{3}/_{4}$ *κακὰς ὑπὸ κῆρας ἀλύξας* et *Ν* 395: $2^{1}/_{2}$ *δηίων ὑπὸ χεῖρας ἀλύξας* recepi, nam existimo, *κῆρας* vel *χεῖρας* non de *ὑπὸ* pendere posse, esset enim vertendum: „unter den schlimmen Keren wegentronnen" et „unter den Händen der Feinde wegentronnen", quam vim *ὑπὸ* cum accusativo coniunctum non habere solet, sed *ὑπὸ* cum genetivo positum (cf.: *Ρ* 235: $3^{1}/_{2}$ *μάλα δέ σφισιν ἔλπετο θυμὸς | νεκρὸν ὑπ' Αἴαντος ἐρύειν Τελαμωνιάδαο*, *Θ* 543: ‖ *οἱ δ' ἵππους μὲν ἔλυσαν ὑπὸ ζυγοῦ ἱδρώοντας*).

[2]) v. Ameis-Hentze ad locum; explicationem editores ex Hoffmanno, Hom. Unters. § 22, 7, mutuati sunt.

Φ 51: ‖ ἀλλὰ τὰ μέν ῥ' ἀπὸ πάντα χαμαὶ βάλε, 201: ‖ τὸν δὲ κατ' αὐτόθι λεῖπεν, 374: ‖ μή ποτ' ἐπὶ Τρώεσσιν ἀλεξήσειν κακὸν ἦμαρ, 593: $2^{3}/_{4}$ πάλιν δ' ἀπὸ χαλκὸς ὄρουσεν. (4 ex.)

Χ 77: $1^{1}/_{2}$ πολιὰς δ' ἄρ' ἀνὰ τρίχας ἕλκετο χερσίν, 328: ‖ οὐδ' ἄρ' ἀπ' ἀσφάραγον μελίη τάμε χαλκοβάρεια. (2 ex.)

Ψ 18: ‖ χεῖρας ἐπ' ἀνδροφόνους θέμενος στήθεσσιν ἑταίρου. 57: ‖ αὐτὰρ ἐπεὶ πόσιος καὶ ἐδητύος ἐξ ἔρον ἕντο, 68: $2^{1}/_{2}$ καί μιν πρὸς μῦθον ἔειπεν, 108: 1 τοῖσι δ' ὑφ' ἵμερον ὦρσε γόοιο, 153: 1 τοῖσι δὲ πᾶσιν ὑφ' ἵμερον ὦρσε γόοιο, 235: $2^{1}/_{2}$ καί σφεας πρὸς μῦθον ἔειπεν, 250: πρῶτον μὲν κατὰ πυρκαϊὴν σβέσαν αἴθοπι οἴνῳ, 256: $1^{1}/_{2}$ εἶθαρ δὲ χυτὴν ἐπὶ γαῖαν ἔχευαν, 700: ‖ Πηλείδης δ' αἶψ' ἄλλα κατὰ τρίτα θῆκεν ἄεθλα, 867: ἀντικρὺς δ' ἀπὸ μήρινθον τάμε πικρὸς ὀιστός. (10 ex.)

Ω 9: $2^{1}/_{2}$ θαλερὸν κατὰ δάκρυον εἶβεν, 351: $1^{1}/_{2}$ δὴ γὰρ καὶ ἐπὶ κνέφας ἤλυθε γαῖαν, 470: ‖ Ἰδαῖον δὲ κατ' αὖθι λίπεν, 485: ‖ τὸν καὶ λισσόμενος Πρίαμος πρὸς μῦθον ἔειπεν, 507: 1 τῷ δ' ἄρα πατρὸς ὑφ' ἵμερον ὦρσε γόοιο, 628: ‖ αὐτὰρ ἐπεὶ πόσιος καὶ ἐδητύος ἐξ ἔρον ἕντο, 682: $2^{1}/_{2}$ καί μιν πρὸς μῦθον ἔειπεν, 777: ‖ λαοῖσιν δ' ὁ γέρων Πρίαμος μετὰ μῦθον ἔειπεν, 791: ‖ πρῶτον μὲν κατὰ πυρκαϊὴν σβέσαν αἴθοπι οἴνῳ. (9 ex.)

Orationum exempla sunt:

Α 40: ἦ εἴ δή ποτέ τοι κατὰ πίονα μηρί' ἔκηα, 59: $2^{1}/_{2}$ καί με πρὸς μῦθον ἔειπεν, 67: βούλεται ἀντιάσας ἡμῖν ἀπὸ λοιγὸν ἀμῦναι. 98: πρίν γ' ἀπὸ πατρὶ φίλῳ δόμεναι ἑλικώπιδα κούρην, 233: $2^{1}/_{2}$ καὶ ἐπὶ μέγαν ὅρκον ὀμοῦμαι, 379: $2^{1}/_{2}$ κρατερὸν δ' ἐπὶ μῦθον ἔτελλεν, 408: αἴ κέν πως ἐθέλῃσιν ἐπὶ Τρώεσσιν ἀρῆξαι. (7 ex.)

Β 413/4: ‖ μή πρὶν ἐπ' ἠέλιον δῦναι καὶ ἐπὶ κνέφας ἐλθεῖν, πρίν με κατὰ πρηνὲς βαλέειν Πριάμοιο μέλαθρον. (2 ex.)

Δ 97: ‖ τοῦ κεν δὴ πάμπρωτα πάρ' ἀγλαὰ δῶρα φέροιο, 382: $2^{3}/_{4}$ ἰδὲ πρὸ ὁδοῦ ἐγένοντο. (2 ex.)

Ε 225: Ζεὺς ἐπὶ Τυδείδῃ Διομήδεϊ κῦδος ὀρέξῃ. (1 ex.)

Ζ 419: ‖ ἠδ' ἐπὶ σῆμ' ἔχεεν, 459: $3^{1}/_{2}$ κατὰ δάκρυ χέουσαν. (2 ex.)

Η 130: ‖ πολλά κεν ἀθανάτοισι φίλας ἀνὰ χεῖρας ἀείραι. (1 ex.)

Θ 94: ‖ πῇ φεύγεις, μετὰ νῶτα βαλών, κακὸς ὣς ἐν ὁμίλῳ; 108: ‖ οὕς ποτ' ἀπ' Αἰνείαν ἑλόμην, μήστωρα φόβοιο. (2 ex.)

Ι 147: $2^{3}/_{4}$ ἐγὼ δ' ἐπὶ μείλια δώσω, 289: $2^{3}/_{4}$ ὁ δ' αὖτ' ἐπὶ

μείλια δώσει, 387: ‖ πρίν γ' ἀπὸ πᾶσαν ἐμοὶ δόμεναι θυμαλγέα λώβην, 470: $3^{1}/_{2}$ παρὰ νύκτας ἴαυον. (4 ex.)

Κ 46: ‖ Ἑκτορέοις ἄρα μᾶλλον ἐπὶ φρένα θῆχ' ἱεροῖσιν, 99: $1^{3}/_{4}$ ἀτὰρ φυλακῆς ἐπὶ πάγχυ λάθωνται, 173: ‖ νῦν γὰρ δὴ πάντεσσιν ἐπὶ ξυροῦ ἵσταται ἀκμῆς, 452: $3^{1}/_{2}$ ἀπὸ θυμὸν ὀλέσσῃς, 535: ‖ ἵππων μ' ὠκυπόδων ἀμφὶ κτύπος οὔατα βάλλει. (5 ex.)

Λ 194: $2^{1}/_{2}$ καὶ ἐπὶ κνέφας ἱερὸν ἔλθῃ, 209 = 194, 381: $3^{1}/_{2}$ ἐκ θυμὸν ἑλέσθαι, 433: $3^{1}/_{2}$ ἀπὸ θυμὸν ὀλέσσῃς, 454: $2^{3}/_{4}$ περὶ πτερὰ πυκνὰ βαλόντες, 764: $2^{3}/_{4}$ ἐπεί κ' ἀπὸ λαὸς ὄληται, 776: ‖ σφῶι μὲν ἀμφὶ βοὸς ἕπετον κρέα. (7 ex.)

Μ 250: $3^{1}/_{2}$ ἀπὸ θυμὸν ὀλέσσεις, 322: ‖ ὦ πέπον, εἰ μὲν γὰρ πόλεμον περὶ τόνδε φυγόντε. (2 ex.)

Μ 631: ‖ Ζεῦ πάτερ, ἦ τέ σέ φασι περὶ φρένας ἔμμεναι ἄλλων, 638: 4 ἐξ ἔρον εἶναι. (2 ex.)

Ο 291: ‖ Ἕκτορ', ὃ δὴ πολλῶν Δαναῶν ὑπὸ γούνατ' ἔλυσεν, 373: ‖ ἢ βοὸς ἢ ὄιος κατὰ πίονα μηρία καίων, 467: ‖ ὢ πόποι, ἦ δὴ πάγχυ μάχης ἐπὶ μήδεα κείρει | δαίμων ἡμετέρης. (3 ex.)

Π 11: τῇ ἴκελος, Πάτροκλε, τέρεν κατὰ δάκρυον εἴβεις, 69: $1^{1}/_{2}$ Τρώων δὲ πόλις ἐπὶ πᾶσα βέβηκεν, 82: $2^{3}/_{4}$ φίλον δ' ἀπὸ νόστον ἕλωνται, 545: ‖ μὴ ἀπὸ τεύχε' ἕλωνται, 861: $3^{1}/_{2}$ ἀπὸ θυμὸν ὀλέσσαι. (5 ex.)

Ρ 171: ‖ ὢ πόποι, ἦ τ' ἐφάμην σε περὶ φρένας ἔμμεναι ἄλλων, 455: $2^{1}/_{2}$ καὶ ἐπὶ κνέφας ἱερὸν ἔλθῃ. (2 ex.)

Σ 92: $3^{1}/_{2}$ ἀπὸ θυμὸν ὀλέσσῃ, 387: ‖ ἀλλ' ἕπεο προτέρω, ἵνα τοι πὰρ ξείνια θείω. (2 ex.)

Τ 90: $2^{3}/_{4}$ θεὸς διὰ πάντα τελευτᾷ, 230: ‖ ὅσσοι δ' ἂν πολέμοιο περὶ στυγεροῖο λίπωνται, 316: ‖ αὐτὸς ἐνὶ κλισίῃ λαρὸν παρὰ δεῖπνον ἔθηκας. 323: ὅς που νῦν Φθίηφι τέρεν κατὰ δάκρυον εἴβει, 334/5: 4 ἢ κατὰ πάμπαν | τεθνάμεν. (5 ex.)

Υ 315: ‖ μή ποτ' ἐπὶ Τρώεσσιν ἀλεξήσειν κακὸν ἦμαρ, 436: ‖ αἴ κέ σε χειρότερός περ ἐὼν ἀπὸ θυμὸν ἕλωμαι. (2 ex.)

Φ 63: ‖ γῆ φυσίζοος, ἥ τε κατὰ κρατερόν περ ἐρύκει, 112: ‖ ὁππότε τις καὶ ἐμεῖο Ἄρει ἐκ θυμὸν ἕληται, 336: ‖ ἥ κεν ἀπὸ Τρώων κεφαλὰς καὶ τεύχεα κήαι. 373: $2^{3}/_{4}$ ἐγὼ δ' ἐπὶ καὶ τόδ' ὀμοῦμαι. (4 ex.)

Χ 125: $2^{3}/_{4}$ ἐπεί κ' ἀπὸ τεύχεα δύω, 170: ‖ Ἕκτορος, ὅς μοι

πολλὰ βοῶν ἐπὶ μηρί' ἔκηεν [1]). 505: $2^{3}/_{4}$ φίλον ἀπὸ πατρὸς ἁμαρτών. (3 ex.)

Ψ 45: ‖ πρίν γ' ἐνὶ Πάτροκλον θέμεναι πυρί, 237: ‖ πρῶτον μὲν κατὰ πυρκαϊὴν σβέσατ' αἴθοπι οἴνῳ. (2 ex.)

Ω 227: $2^{3}/_{4}$ ἐπὴν γόου ἐξ ἔρον εἵην, 467: $2^{1}/_{2}$ ἵνα οἱ σὺν θυμὸν ὀρίνῃς, 498: ‖ τῶν μὲν πολλῶν θοῦρος Ἄρης ὑπὸ γούνατ' ἔλυσεν. 609: ‖ τὼ δ' ἄρα, καὶ δοιώ περ ἐόντ', ἀπὸ πάντας ὄλεσσαν. (4 ex.)

Si addiderimus hos numeros (narrationis exempla 121, orationis 69) ad illos in paginis 32 et 35 congestos, perveniemus ad hanc rationem: typi ἐπὶ μὲν τίθημι + τίθημι μὲν ἐπὶ + ἐπὶ τεύχεα τίθημι (vox τεύχεα sit in hoc exemplo obiectum verbi compositi ἐπιτίθημι) [+ τίθημι τεύχεα ἐπί, cuius speciei Homerus nullum exemplum praebet] exstant in Iliadis narratione 269 + 121 = 390 testes, in orationibus 61 + 69 = 130.

Quodsi consideraverimus proportionem, quae intercedit inter locos typi ἐπιτίθημι μὲν et totius typi ἐπὶ μὲν τίθημι etc., inveniemus hos typos se habere in narratione ut 45 : 390 vel ut 1 : 8.7; in oratione ut 23 : 130 = 1 : 5,6.

Recordati proportionem typorum ἐτίθει μὲν : τίθει μὲν in narratione, = 1 : 9,2, primo aspectu videmus, aequationes *in narratione* commodissime inter se respondere, hic igitur typum ἐτίθει μὲν in usu prope accedere ad typum ἐπιτίθημι μὲν, i. e. *augmentum praeverbii vice fungi.* In orationibus se habuit typus ἐτίθει μὲν : τίθει μὲν = 1 : 3; cum typus ἐπιτίθημι μὲν : ἐπὶ μὲν τίθημι sit = 1 : 5,6, sequitur typum ἐτίθει μὲν ad ἐπιτίθημι μὲν se habere ut 5,6 : 3 vel ut 2 : 1. Unde apparet *in orationibus conexionem, quae est inter augmentum et verbum, iam aliquanto arctiorem esse quam illam praeverbii et verbi simplicis*, i. e. hic orationes non solum iterum longius progressas esse quam narrationem, sed etiam in illa progressione, quae tendebat ad magis magisque confundendum augmentum et tempus verbi praeteritum, superasse progressionem illam, qua verba composita tmesi separata fiebant verba vere composita.

[1]) Verbum compositum ἐπικαίω in hymno in Apollinem 509 demum reperiri concedatur.

Quae cum ita sint, verisimillimum duci licet Drewittium recte docuisse, Homerum uti augmento similiter ac praeverbio, nam hanc responsionem tam accuratam, quae inest verborum simplicium temporibus praeteritis augmento praeditis et verbis compositis, aliter explanari non posse mihi persuasum est.

Reliquum est, ut adeam ad considerationem m e t r i c a m rerum in priore parte disputationis nostrae tractatarum; nam obiciat facile quisquam totam illam rationem, quae intercedit inter praeterita augmento ornata et eo orbata, versus necessitati deberi. Conandum igitur est in loco temporum augmentatorum ponere tempora non augmentata. Quodsi pro formis augmento syllabico praeditis collocaturi sumus eodem loco alteram formam illorum praeteritorum augmento carentem, opus est vox antecedens exeat in vocalem quae ipsa elisa sit; tum plenam formam huius vocis antecedentis restituere possumus. Ut exemplum afferam: *A* 33: ‖ *ὣς ἔφατ᾽· ἔδδεισεν δ᾽ ὁ γέρων* mutari potest in *ὣς ἔφατο· δεῖσεν δ᾽ ὁ γέρων.* Nonnumquam transpositione verborum rem alteramus, e. g. si *Γ* 259: $3^1/_2$ pro *ἐκέλευσε δ᾽ ἑταίροις* dicimus *ἑτάροις δὲ κέλευσε.* Licet quoque formam nominum enuntiati mutare (*ἑτάροις* pro *ἑταίροις*) vel synonyma inserere: *P* 596: $3^1/_2$ pro *ἐφόβησε δ᾽ Ἀχαιούς* scribere possumus *Δαναοὺς δὲ φόβησε.* Si contextus permittit, in verbi activi locum succedere potest verbum mediale, e. g. *Γ* 381: $2^1/_2$ pro *ἐκάλυψε δ᾽ ἄρ᾽ ἠέρι πολλῇ* legere possumus *κεκάλυπτο δ᾽ ἄρ᾽ ἠέρι πολλῇ.* Qua in re praecepta doctrinae metricae diligenter observanda sunt, imprimis ea, quae de caesuris, de hiatu, de elisione constituta sunt.

Non decet mutari *O* 418: $2^3/_4$ *ἐπεί ῥ᾽ ἐπέλασσέ γε δαίμων* in *ἐπεί ῥα πέλασσέ γε δαίμων,* cum versus heroicus caesuram vere trochaicam in quarto pede evitare studeat (vide G. Hermann, Orphica, 692 sqq.); praeterea hic locus mutatus excusationis argumentis careret, quae affert Hoffmann in Quaestionum Homericarum § 25: nec antecederet caesura semiseptenaria, quae cum maior sit superat minorem, nec sequeretur caesura in fine pedis quarti nec uteretur versus caesura seminovenaria.

Exempla augmenti syllabici, quae mutationem patiuntur, haec sunt (ordinem sequor locorum a pag. quinta usque ad pag. quintam decimam congestorum):

A aor. 33: ‖ *ὣς ἔφατο· δεῖσεν δ᾽ ὁ γέρων.* 568: ‖ *ὣς ἔφατο· δεῖσεν δὲ βοῶπις πότνια Ἥρη.*

B aor. 467: *στῆσαν*[1]) *δ᾽ ἐν λειμῶνι Σκαμανδρίῳ ἀνθεμόεντι.*

Γ aor. 259: $3^1/_2$ *ἑτάροις δὲ κέλευσε,* 381: $2^1/_2$ *κεκάλυπτο δ᾽ ἄρ᾽ ἠέρι πολλῇ,* 418: ‖ *ὣς ἔφατο· δεῖσεν δ᾽ Ἑλένη, Διὸς ἐκγεγαυῖα.*

Δ aor. 524: 4 *ὅς ῥα βάλεν περ.*

K aor. 240: ‖ *ὣς ἔφατο· δεῖσεν δὲ περὶ ξανθῷ Μενελάῳ.*

Λ aor. 584: $3^1/_2$ *μηρὸν δὲ βάρυνε.*

Π aor. 340: 4 *καὶ σχέθεν οἶον* | *δέρμα,* 594: *ἐτράπετο· κτεῖνεν δὲ Βαθυκλῆα μεγάθυμον.*

P aor. 596: $3^1/_2$ *Δαναοὺς δὲ φόβησε.*

Y aor. 444 = *Γ* 381.

Φ aor. 407: $3^1/_2$ *χαίτας δὲ κόνισε.*

Ψ 688: ‖ *δεινὸς δὲ χρόμαδος γενύων γένετο, ῥέε δ᾽ ἱδρώς.*

Ω aor. 571: ‖ *ὣς ἔφατο· δεῖσεν δ᾽ ὁ γέρων.* 689 = 571.

Cum augmentum temporale nullum exemplum praebeat, quod transformari possit in formam non augmentatam, inter 49 illos locos augmento instructos (vide tabulam principalem narrationis) 17 tantum, i. e. tertia pars, alia forma indui potuerunt. Quo efficitur, maiorem partem exemplorum augmento privari non licere, id est maiorem partem re vera per metricam necessitatem locos suos obtinere.

Ille autem tam parvus numerus locorum cum nobis non sufficiat, experiamur, utrum eae quoque formae, quae augmento carent, similiter tractari possint an non. Si pro verbo non augmentato formam augmento auctam quae illi respondeat inserere volumus, vocem praecedentem in vocalem desinere oportet; tum hanc vocalem finalem elidere possumus. Exempli gratia *B* 16: ‖ *ὣς φάτο· βῆ δ᾽ ἄρ᾽ Ὄνειρος* abire potest in *ὣς φάτ᾽· ἔβη δ᾽ ἄρ᾽ Ὄνειρος.* Saepius vox aliqua excidit quae contextu non postulatur, e. g. *B* 558: ‖ *στῆσε δ᾽ ἄγων, ἵν᾽ Ἀθηναίων ἵσταντο φάλαγγες*

[1]) *στῆσαν* quoque (vel *ἔστησαν*) nobis occurrit apud Homerum, quamquam multo rarius, idem valens atque *ἔσταν.*

mutavi in *ἔστησεν δ', ἵν' Ἀθηναίων ἵσταντο φάλαγγες*, nam verbum *ἄγειν* iam versu praeeunte continetur: *Αἴας δ' ἐκ Σαλαμῖνος ἄγεν δυοκαίδεκα νῆας.* Cum aliae voculae tum particulae excidere possunt, si plures continuo se excipiunt. e. g. pro *Δ* 148: ‖ *ῥίγησεν δ' ἄρ' ἔπειτα ἄναξ ἀνδρῶν Ἀγαμέμνων* scripsi *ἐρρίγησε δ' ἔπειτα ἄναξ ἀνδρῶν Ἀγαμέμνων.* Interdum contrario modo agere debemus, addenda est vocula aliqua: pro *Ψ* 453: ‖ *ἔγνω· φράσσατο δ' ἵππον ἀριπρεπέα προύχοντα* posui *ἔγνω· ὁ δ' ἐφράσαθ' ἵππον ἀριπρεπέα προύχοντα; ω* in *ἔγνω* vocalis levis est quae corripi possit ante sequentem vocem a vocali incipientem; praeterea hiatus in thesi primi pedis bene fertur (v. Hoffmann, Quaestiones Homericae, vol. I. p. 91/2). Porro transpositis verbis ad rei alterationem pervenimus, e. g. si *E* 797: 4 pro *κάμνε δὲ χεῖρα* legimus *χεῖρα δὲ κάμνε.* Non raro participium in loco verbi finiti collocavi, nisi contextu vetitus sum neque aliud participium in eodem enuntiato exstitit, ita *Λ* 226: ‖ *αὐτοῦ μιν κατέρυκε, δίδου δ' ὅ γε θυγατέρα ἥν* evadit in *διδοὺς ὅ γε θυγατέρα ἥν* („retinebat Iphidamantem dans ei in matrimonium filiam suam"). Attamen hic cum prudentia agendum est; e. g. *Θ* 328: ‖ *τῇ ῥ' ἐπὶ οἷ μεμαῶτα βάλεν λίθῳ ὀκριόεντι,* | *ῥῆξε δὲ οἱ νευρήν* non facile mutari potest in *ῥήξας οἱ νευρήν*, cum in hac enuntiati forma nervus adversarii frangatur, antequam lapide tactus sit, id quod fieri non potest. Praeterea alia quaevis vox mutationem ferre potest: ‖ *στῆ δ' ἐκτὸς κλισίης* (*Ξ* 13) abit in ‖ *ἔστη δ' ἐκ κλισίης.* Saepe denique particula proclitica locum particulae encliticae occupat: *T* 276 vice verborum: $2^1/_2$ *λῦσεν δ' ἀγορὴν αἰψηρήν* funguntur verba: *καὶ λῦσ' ἀγορὴν αἰψηρήν.*

Mutari non possunt e. g. hi loci: *Γ* 259 et *Ο* 34: ‖ *ὣς φάτο· ῥίγησεν δὲ* 〉 *ὣς φάτ'· ἐρρίγησεν δέ*, quod apud Homerum nulla alia forma augmentata huius verbi invenitur nisi *ἐρρίγησεν;* non magis *Δ* 292: ‖ *ὣς εἰπὼν τοὺς μὲν λίπεν αὐτοῦ, βῆ δὲ μετ' ἄλλους* 〉 *ὣς εἰπὼν τοὺς μὲν λίπεν αὐτοῦ, ἔβη δὲ μετ' ἄλλους*, cum caesuram femininam in quarto hexametri dactylici pede ponere fugiendum sit, quantum fieri potest: praeterea *ου* in *αὐτοῦ* in numero est vocalium vel diphthongorum quae dicuntur gravium, quae raro tantum in hiatu corripiuntur. Deinde e. g. *A* 433: ‖ *ἱστία μὲν στείλαντο, θέσαν δ' ἐν νηὶ μελαίνῃ* fieri non potest *ἱστία μὲν στεί-*

λαντ', ἔθεσαν δ' ἐν νηὶ μελαίνῃ, quod post caesuram semiquinariam elisio non admittitur. Eadem de causa pro *M* 408: ‖ *κέκλετο δ' ἀντιθέοισιν ἑλιξάμενος Λυκίοισιν* dicere vetamur *ἀντιθέοισι δὲ κέκλεθ' ἑλιξάμενος Λυκίοισιν.* Item *X* 442: ‖ *κέκλετο δ' ἀμφιπόλοισιν ἐυπλοκάμοις κατὰ δῶμα* intactum reliquimus (*ἀμφιπόλοισι δὲ κέκλετ' ἐυπλοκάμοις κατὰ δῶμα*). Ne pro *X* 143: ‖ *ὣς ἄρ' ὅ γ' ἐμμεμαὼς ἰθὺς πέτετο, τρέσε δ' Ἕκτωρ* statuamus *ὣς ἄρ' ὅ γ' ἐμμεμαὼς ἰθὺς πέτετ', ἔτρεσε δ' Ἕκτωρ*, impedimur eo quod post diaeresin bucolicam ipsam quoque vocalis non facile eliditur (vide Drewitt, Some differences between speech-scansion and narrative-scansion in Homeric verse, Classical Quarterly II, 1908, p. 94 sqq). Tum mutari non licet e. g. *H* 93: ‖ *αἴδεσθεν μὲν ἀνήνασθαι, δεῖσαν δ' ὑποδέχθαι* in *αἴδεσθεν μὲν ἀνήνασθ', ἔδδεισαν δ' ὑποδέχθαι*, quod versus una illa caesura firmiore, quam possidet, semiseptenaria (*ἑφθημιμερής*), quae est post *ἀνήνασθαι*, amissa caret omni maiore incisione. Porro non tangimus e. g. *N* 655 et *Φ* 119: $1^1/_2$ *ἐκ δ' αἷμα μέλαν ῥέε, δεῦε δὲ γαῖαν* (*ἐκ δ' αἷμα μέλαν ῥέε δεῦον γαῖαν*), quod in quinto pede spondeus exstare non solet. Locum denique qui est *Σ* 534: ‖ *βάλλον δ' ἀλλήλους χαλκήρεσιν ἐγχείῃσιν* commemoro non mutandum in *ἀλλήλους δ' ἔβαλον χαλκήρεσιν ἐγχείῃσιν*, cum omnia praeterita circumstantia sint imperfecta et agatur de descriptione scuti Achillis a Vulcano perficiendi: *ἐμάχοντο* 533, *ὁμίλεον* 535, *ἕλκε* 537, *ἔχ'* 538, *ὡμίλευν* 539, *ἔρυον* 540.

Nunc ad collectionem exemplorum mutatorum ipsam transeo:

A, a cons. inc.: aor. 333: 4 *καὶ φώνησεν* [1]).

B, a cons. inc.: aor. 16: ‖ *ὣς φάτ', ἔβη δ' ἄρ' Ὄνειρος*, 558: ‖ *ἔστησεν δ', ἵν' Ἀθηναίων ἵσταντο φάλαγγες.*

Δ, a cons. inc.: aor. 148: ‖ *ἐρρίγησε δ' ἔπειτα ἄναξ ἀνδρῶν Ἀγαμέμνων*, 469: 4 *γυῖα δὲ λῦσε*, 496: ‖ *ἔστη δ' ἐγγὺς ἰών*, 528: ‖ *στέρνον ὑπὲρ μαζοῦ, ἐπάγη δ' ἐν πνεύμονι χαλκός.*

a voc. inc.: aor. 530: ‖ *ἐσπάσατο στέρνου, εἰρύσατο δὲ ξίφος ὀξύ.*

E, a cons. inc.: impf. 664: ‖ *ἐξέφερον πολέμου, ἐβάρυνε δέ μιν δόρυ μακρόν*, 797: 4 *χεῖρα δὲ κάμνε.* — aor. 611 = *Δ* 496,

[1]) Cum iam in textu Homerico versus sit spondiacus, mihi quoque spondeum in quinto pede statuere permisi.

669: || ἐξέφερεν πολέμου, ἐνόησε δὲ δῖος Ὀδυσσεύς, 799: 4 καὶ φώνησεν, 849: || αὐτὰρ ἔβη ῥ' ἰθὺς Διομήδεος ἱπποδάμοιο.

Z, a voc. inc.: impf. 289: || ἔνθ' ἦσαν πέπλοι παμποίκιλοι, ἔργα γυναικῶν.

H, a cons. inc.: aor. 12 = Δ 469, 16: 4 γυῖα δὲ λύντο, 190 = *E* 799, 225: || ἔστη ῥ' Ἕκτορος ἐγγύς, 317: $3^1/_2$ ὀβελοῖσί τε πεῖραν.

Θ, a cons. inc.: aor. 184 = *E* 799, 322: || Τεῦκρον δ' ἰθὺς βῆ, 329: || γνὺξ δ' ἐριπὼν ἔστη, 447 = *E* 799.

K, a cons. inc.: aor. 73: || αὐτὰρ ἔβη ῥ' ἰέναι μετὰ Νέστορα, ποιμένα λαῶν, 532 = *E* 799.

Λ, a cons. inc.: impf. 226: $2^3/_4$ διδοὺς ὅ γε θυγατέρα ἥν. — aor. 101: || αὐτὰρ ἔβη ῥ' Ἶσόν τε καὶ Ἄντιφον ἐξεναρίξων, 240 = Δ 469, 254: || ἐρρίγησέ τ' ἔπειτα ἄναξ ἀνδρῶν Ἀγαμέμνων, 260 = Δ 469, 351: || ἄκρην κὰκ κόρυθ'· ἐπλάγχθη δ' ἀπὸ χαλκόφι χαλκός, 355 = Θ 329, 429 = Δ 496.

M, a cons. inc.: aor. 457 = Δ 496.

N, a cons. inc.: aor. 146: || ἔστη ῥ' ἐγχριμφθείς, 373 = *E* 799, 439: $2^1/_2$ ἔρρηξεν δ' ἀμφὶ χιτῶνα.

Ξ, a cons. inc.: aor. 13: || ἔστη δ' ἐκ κλισίης, 188: || βᾶσ' ἴμεν ἐκ θαλάμοιο, 297: στὰς δ' αὐτῆς προπάροιθεν.

O, a cons. inc.: aor. 435 = *H* 16.

Π, a cons. inc.: aor. 119: || γνοὺς δ' Αἴας κατὰ θυμὸν ἀμύμονα ἐρρίγησεν[1]), 221: || βάς ῥ' ἴμεν ἐς κλισίην ἀπὸ χηλοῦ πῶμ' ἀνέῳγεν, 312 = Δ 469, 347: || νέρθεν ὑπ' ἐγκεφάλου, ἐκέασσε δ' ἄρ' ὀστέα λευκά, 400 = Δ 469, 465 = Δ 469, 616 = *E* 799, 658: || Τρῶας φευγέμεν· ἔγνω γὰρ Διὸς ἱρὰ τάλαντα, 680: || ἀμβροσίῃ τ' ἔχρισε καὶ ἄμβροτα εἵματα ἕσσεν.

P, a cons. inc.: impf. 130: $2^3/_4$ διδοὺς ὅ γε τεύχεα καλά. — aor. 211: $2^1/_2$ ἔπλησθεν δ' οἱ μέλε' ἐντός, 347 = Δ 496, 598/9: || βλήμενος ὦμον δουρί, πρόσσω τετραμμένος αἰεί, | ἄκρον ἐπιλίγδην· ἔγραψε δ' οἱ ὀστέον ἄχρις.

a voc. inc.: aor. 615: $2^3/_4$ ἀμύνων νηλεὲς ἦμαρ.

---

[1]) Hiatui in diaeresi bucolica (ἀμύμονα ἐρρίγησεν) nihil obstat (Hoffmann, Quest. hom. I., 90/1). Ne contra spondeum quidem in quinto pede exstantem quidquam dicendum erit, cum textus ipse versum spondiacum praebeat (ῥίγησέν τε).

Σ, a cons. inc.: impf. 529: $2^1/_2$ κτείνοντες μηλοβοτῆρας. — aor. 416: || δὺς δὲ χιτῶν' εἷλε σκῆπτρον παχύ, 468: 4 βὰς δ' ἐπὶ φύσας | τὰς ἐς πῦρ ἔτρεψε, 469: $2^3/_4$ κελεύων ἐργάζεσθαι.

a voc. inc.: aor. 416: || δὺς δὲ χιτῶν' εἷλε σκῆπτρον παχύ.

T, a cons. inc.: aor. 276: $2^1/_2$ καὶ λῦσ' ἀγορὴν αἰψηρήν, 314 = *E* 799.

Y, a cons. inc.: impf. 163: $2^3/_4$ τινάσσων χάλκεον ἔγχος, 353: $2^3/_4$ κελεύων φωτὶ ἑκάστῳ. — aor. 199 = *E* 799, 319: || βάς ῥ' ἴμεν ἄν τε μάχην καὶ ἀνὰ κλόνον ἐγχειάων | ἶξεν, ὅθ' Αἰνείας ἠδ' ὁ κλυτὸς ἦεν Ἀχιλλεύς, 484: || αὐτὰρ ἔβη ῥ' ἰέναι μετ' ἀμύμονα Πείρεω υἱόν.

Φ, a cons. inc.: aor. 205: || αὐτὰρ ἔβη ῥ' ἰέναι μετὰ Παίονας ἱπποκορυστάς, 406 = Δ 469, 597: $2^3/_4$ καλύψας ἠέρι πολλῇ.

X, a cons. inc.: aor. 296 = *E* 799.

Ψ, a cons. inc.: aor. 189: $2^3/_4$ καλύπτων χῶρον ἅπαντα, 271: || ὀρθὸς δὲ στὰς μῦθον ἐν Ἀργείοισιν ἔειπεν, 442 = *E* 799, 453: || ἔγνω· ὁ δ' ἐφράσαθ' ἵππον ἀριπρεπέα προύχοντα, 456 = 271, 510: || καὶ κλῖνε μάστιγα ποτὶ ζυγόν, 657 = 271, 666 = *E* 799, 690: || παπτήναντα δὲ κόψε παρήιον, 706 = 271, 752 = 271, 774: $3^1/_2$ ἔβλαψε δ' Ἀθήνη vel καὶ βλάψεν Ἀθήνη, 801 = 271, 830 = 271.

a voc. inc.: aor. 840: || δινήσας δ' ἧκεν.

Ω, a cons. inc.: aor. 193 = *E* 799, 347: || βάς ῥ' ἰέναι κούρῳ αἰσυμνητῆρι ἐοικώς, 353 = *E* 799, 459 = *E* 799, 623 = *H* 317, 682: || στὰς δ' ἄρ' ὑπὲρ κεφαλῆς Πρίαμον πρὸς μῦθον ἔειπεν. — plqpf. 703: $2^3/_4$ γεγωνὼς πᾶν κατὰ ἄστυ.

Ex his sequitur numerum eorum locorum narrationis augmento carentium, quos poetae ad alium modum formare potuerunt, se habere ad numerum omnium exemplorum augmento orbatorum ut 95 : 452 (hunc numerum vides in tabula paginae 16) vel ut 1 : 4,8.

Quibus rebus expositis satis intellectum puto, esse quidem concedendum, formationem plurimorum locorum in metri necessitate positam esse. Nihilominus numerus illorum locorum, qui mutationem tulerunt et quos vir alius rerum peritior haud scio an augere possit, non tam parvus est, ut dici possit totam illam rationem, quae intercedit et inter formas augmentatas atque non

augmentatas (p. 17) et inter augmentum atque praeverbium (p. 36), non nisi metrica ratione contineri; mira illa res, quae in eo est, ut usus augmenti illa tam perspicua ratione respondeat usui praeverbii, non solis legibus metricis versus hexametri observatis quasi ex adventicio effici potuit, sed in lingua ipsa quoque fundamentum habere debuit; immo id tantum his rebus denuo demonstrari existimo, res linguisticas et metricas arcte inter se cohaerere.

Typis Roberti Noske Bornensis.

VITA

Natus sum Guilelmus Beck Vaihingae, in oppido Wuertembergiae, Non. Nov. anni 1889 patre Guilelmo, ludi magistro, matre Eugenia e gente Kirchberger. Fidei adscriptus sum evangelicae. Primis litterarum elementis imbutus gymnasium Rotwylense percurri. Autumno anni 1907 maturitatis testimonium quod vocatur adeptus per bina semestria adii almam matrem Tubingensem et Berolinensem et per quinque semestria Argentoratensem, ut studio linguae Graecae Latinae Francogallicae incumberem. Aegrotus aestate anni 1912 in urbe patria et hieme eiusdem anni in litore lacus Lemani bonam valetudinem recuperare studui. Aestate anni sequentis Marpurgi versatus Gissam commigravi.

Docuerunt me viri doctissimi hi: Schwabe, W. Schmid, Gundermann, Adickes, Spitta, Pfau, Jacob, Leuze, Voretzsch, Herzog, Griesinger, Norden, R. M. Meyer, Vahlen, Greßmann, E. Schmidt, v. Wilamowitz-Moellendorff, Fleischer, Virchow, Straßmann, Köbner, Lesser, Hirschfeld, Dessau, Haguenin, Pariselle, W. Schulze, M. C. P. Schmidt, Lasson, K. J. Neumann, Br. Keil, Baeumker, Reitzenstein, Klotz, Thumb, Cloëtta, Laqueur, Ziegler, Winter, Plasberg, Nicole, Malsch, Maaß, Kalbfleisch, Hartmann, Jacobsohn, Mouillet, Messer, Körte, Hirt, Behrens. Postquam Herzog et Pfau Tubingae, Norden Berolini, Reitzenstein et Thumb Argentorati, Mouillet et Hartmann Marpurgi ad exercitationes philologas, linguisticas, philosophicas me admiserunt, Kalbfleisch et Behrens benigne me receperunt in numerum sodalium seminarii et philologi et Romanensis.

Quibus omnibus praeceptoribus gratias ago iustas ac debitas, praecipue vero H. Jacobsohnio, qui huius materiae tractandae

auctor mihi exstitit benignissimus. Pio gratoque animo semper colam Kalbfleischium, qui in hoc opusculo perficiendo me adiuvit benevolentissimo consilio.

Facultatem docendi mense Februario anni 1915 assecutus hoc bello longinquo, cui per quattuor annos continuos intereram, impeditus sum, ne dissertationi ultimam limam afferrem neve prelo eam traderem. Inde ab initio huius anni Kiliae seminarii paedagogici sodalis sum.